


Bibliothèque numérique


medic@


**Geber. Geberi philosophi ac
alchimistae maximi, De alchimia. Libri
tres**


1529.
Cote : 6656 (1)






























12.168

LIBRI TRES 665b(1)
SYMMAR PERFECTIONIS MAGISTERII. fol. 61. pag. 2.

GEBERI PHILOSOPHI
AC ALCHIMISTAE
MAXIMI, DE ALCHIMIA.
LIBRI TRES.



aug. dist. pav.
Vilnanachus fermentum
partim



25
GEBERI PHILOZOTHI
AC ALCHIMISTAE
LIBERI TRES
MAGISTER DE ALCHIMIA



LST fons in limis cuius anguis latet in imis.
Euolat in primis nisi clauseris vndicis rimis.
LEst toris vena qua cum pars surgit amena,
Tempora postrema producunt suscepta venena.
Post gemes flantes fortes creuere gigantes.
Nos supra stantes flatu percunt elephantes:
Huic bene contrite quod iungitur est aqua vita
Si feceris rite sit corpus deniq; mite.
Nam bene mundatum proprio sudore lauatum
Redditur albatum nigrum prius obtenebratum.
Assequitur votum cum per se sit bene lotum,
Ne fuerit notum nisi fuerit corpus ægrotum.
Nec petra diuina prius alba sit, deinde citrina
Cum fecis vrina naturæ ablata carina.
Hos versus si quis forte perpendere nequis
Si bene scruteris omnia diues eris.
Si fixum solutas faciasq; volare solutum
Et in lapidem voluas faciam te vivere eternum.
Disiuncta coniunge, coniuncta disiunge: disiuncta reiunge
Liqua duratum iunge liquatum: dicam te beatum.
Arsenicum fore dic animam, sed spiritus extat
Argentum viuum, calx corpus dicitur esse.
Candida si rubeo mulier sit nupta marito
Mox complectuntur complexu concipiuntur.
Destruere rem captam primo per beneficium satis aptam
Leniter extractam sic massam contere factam.


A ij

Corporo, spix itns & anima exstahim, et habibitini
primo regnat hymiditas, incorruptione, in generatione
vero, seccitas.

Spiritum volantem capite
Et in radium solis trahite
Ut fixetur debite
Et fixum fiat volatile.
Et ipsum suauiter coquite
Et de parte terram facite
Quam in humido ponite
Ut humidetur optime.
Cito humidam coniungite
Cum amalgama terite
Super durissimo lapide
Tunc in vase proprio ponite
Ut calcinetur optime
Post ipsam suo lacte imbibite
Ut multiplicetur intime
Quod assatum pro tempore

Vestitur alba clamide
Et multiplicato regie
Reducitur in cinerem
Cui sudorem suum reddite.
Donec regali diademate
Rex coronetur debite
Et dissolutum facilime
Ingrexiatur in corpore
Et si subtilius vis agere
Fac fixum volatile
Cum impetuoso flamine
Deinde in terram reddite.
Cum ignis moderamine
Et tali seruato ordine
Protrahetur debite
Donec fluat lenissime.

Et sic lapidem habebitis. Ex quo semper gaudebitis.



Trinitas deitas una
sit semper benedicta
amen

defectus liber de investigatione
perfectio m... 14... xiiij.
Invenimus in fine autem libri
PARIS.



LIBER PRIMVS
INCIPIT LIBER GEBER.
Capitulum Primum.

3

Otam nostram scientiam quam ex libris antiquorum abbreviavimus compilatione diversa in nostris voluminibus hic redigimus in summa vna. Et quod in libris a nobis scriptis est diminutum, in hac summa traditione huius nostri libri compensavimus: & ipsorum defectum supplevimus sermone breve, et quod oculatum fuit a nobis in parte vna; manifestum fecimus illud in parte eadem in hoc nostro volumine: ut sapientibus patefiat complementum tam excellentissime nobilisq; partis philosophie. Scias ergo charissime fili in hoc opere tota artis operationem in capitulis generalibus uniuersali disputatione sine diminutione aliqua sufficienter contineri. Per deum qui secundum hunc librum operatus fuerit: uerum finem huius artis adiuuenisse letabitur. Sed scias charissime quoniam qui principia naturalia in seipso ignorauerit: iam multum remotus est ab arte nostra: quoniam non habet radicem uera supra quam intentione sua fundet. Et qui principia sua sciuerit naturalia & causas mineralium omnes: non tamen adeptus est uerum finem & proficuum huius artis occultissime, habet tamen faciliorem aditum ad artis huius principia q; cui ignorantia cadat super intentionem eius de modo huius nostri operis; et hic parum remotus est ab artis introitu. Qui uero sciuerit omnium principia & causas mineralium & generationis modi: quod ex intentione naturae consistit; parum quidem aufertur ab eo de operis complemento sine quo non potest scientia nostra perfici, quoniam ars in omnibus imitari non potest naturam operis: sed imitatur eam sicut debite potest. Charissime igitur fili secretum tibi pandimus, quoniam in hoc artifices errant: quia naturam in omnibus proprietatum differentiis actionis imitari desiderant. Labora itaque studere in nostris voluminibus: & eos sepissime mente tua reuoluere nitaris: ut intentionem ex nostro loquacel modo uera acquiras, quia in eis inuenies super quae mentem tuam fundare debeas: & scias ex eis errores a te repellere, in quibus imitari naturam possis in tuo operis artificio.

A. iij


LIBER

SERMO GENERALIS IN ORDINE
capitulorum executionis totius. Caput. ii.



Onemus igitur breuiter tibi impedimenta omnia, quibus in opere impeditur artifex ne verum finem adipiscatur. Secundo uero disputabimus contra ignorantes & sophisticos: qui propter eorum ignorantiam & imperitiā huius artis magisterium & proficuum inquirendo artem interimunt, & eam ponunt non esse. Ponemus igitur omnes rationes illorum, & postea ipsas destruemus euidentissime, ita quod prudentibus satis patet aperte nullā illorum sophismata veritatem continere. Et tūc disputabimus super principia naturalia quae sunt de intentione naturae & ibidem super modo generationis et mixtionis eorum adinuicem ab opere naturae. Tertio super eorum defectu secundum antiquorum philosophorū scientiam. Quarto uero narrabimus principia quae sunt ad intentionē huius nostri operis, in quibus imitari naturā possumus, & modum miscendi & alterandi secundum cursum naturalem, cum causis suis ad intentum nostri operis reducendis.

SERMO GENERALIS IN EXECVATIO
ne primi capituli de impedimentis hu-
ius artis. Caput. iii.



Vntergo in pedimenta huic operi superuenientia duo, generaliter naturalis impotentia: & necessarie indigentie defectus vel occupationis laboris. Naturalem tamen impotentiam, multiplicem esse dicimus. Ex parte scilicet organi artificis, & ex parte animæ. Ex parte scilicet organi artificis multipliciter, Vel quia organū sit debile, vel ex toto corruptū. Ex animæ impotentij multipliciter, Vel quia sit anima peruerbia in organis propter organa nil rectitudinis vel rationis in se habens, sicut anima insani vel fatui, Vel quia sit fantastica, contrariarum facile formarum susceptiva indebite, & de uno scibili ad eius oppositum extensiua subito, & de uno uniuersali ad eius oppositū venisimiliter.

SERMO PARTICVLARIS DE IMPE-
dimentis huius operis ex parte corporis artificis Cap. iiiij.



Am tibi generaliter determinauimus huius operis impedimenta. Nunc uero speciali sermone te alloquimur in hoc capitulo, et magis aperte, & narrabimus tibi omnia illa impedimenta plenissime seriatim. Dicimus igitur: q̄ non habuerit sua completa organa, non poterit ad huius operis complementū peruenire de se, velut si cecus fuerit, vel in extremis detrūcatus, quoniam non iuuatur a membris, quibus mediantibus ars hæc perficitur, tanq̄ naturæ ministratibus. Si vero fuerit artificis corpus debile & egrotum, sicut febrentium vel leprosorum corpus quibus membra cadunt, & in extremis vite laborantium, & iam etatis decrepitate seniū ad artis complementū non perueniunt. His igitur naturalibus corporis impotentijs impeditur artifex in intentiōe sua.

SERMO DE IMPEDIMENTIS
ex parte animæ artificis. Caput. v.

Remisimus tibi capitulum vnum, in quo narrauimus sermone absoluto & manifesto impedimenta, ex parte corporis artificis dependentia. Restat nobis narrare breuiter impedimenta ex parte ipsius animæ, quæ maxime sunt impedimenta contra huius complementū operis. Dicimus igitur quoniam qui nō habuerit ingenium naturale, & animam perscrutantem subtiliter principia naturalia & naturæ funda-
menta & articia, quæ consequi naturam possint in sue actionis pro-
prietatibus. nō inueniet huius preciosissime scientie veram radicē. Si-
cut sunt multi, qui durā habent cervicem in omni perspicatione va-
cuam ingenio: qui et vix comunē intelligere queunt sermonē, et ope-
ra similiter cum difficultate discant, vulgo cōmunia. Ab his etiam
multos inuenimus animam habere faciem opinantem fantasiam
quamlibet. Sed qđ credunt verum inuenisse, fantasticum est, to-
tum etiam rationi deuum & errore plenum, & semotum a prin-
cipiis naturalibus, quoniam eorum cerebrum multis repletum fu-
mōstatibus non potest recipere verā rerum naturaliū intentionem.

A iiiij

LIBER

Sunt etiam preter istos alij, qui mobilem habent animam, de opinione in opiniones, & de voluntate in voluntates: sicut qui modo credunt hoc, & idem volunt, sine rationis ullius fundamento. Post illud vero parum, & aliud credunt similiter, & aliud volunt, & h̄i tam mobiles sunt, ut uix minimum eius ad quod intendunt, possint consumere: sed diminutum potius illud relinquent. Sunt similiter & alij, qui aliquam non possunt uidere ueritatem ex rebus naturalibus plusq; bestia, uelut mente capti, & insani, & pueri. Sunt & alij qui contemnunt scientiam et ipsam non putant esse: quos similiter scientia contemnit, ipsosq; ab huius preciosissimi operis fine repellit. Et sunt qui serui sunt pecunie deseruientes: hanc scientiam mirabilem & ipsam affirmantes: sed ipsa dispendia interponerentur: idcōq; licet ipsam affirmen, & secundū rationem ipsam inuestigent, tanē ad operis experientiā non perueniunt propter pecunie avaritiam. Ad hos igitur non peruenit scientia nostra. Qualiter enim qui ignorant uel scientiam inuestigare neglexerint: ita ad ipsam perueniet.

SERMO DE IMPEDIMENTIS

externis opus impeditibus. Caput. vi.



Eduximus ad duo capitula in pedimenta huius artis omnia finem retardantia, que sunt ex principijs radicalibus secundum naturā artificis huius preciosi negoti. Expedit ergo tantū narrare impedimenta exterius superuenientia ex contingentibus fortunis & casibus quibus impeditur hoc opus gloriosissimum. Videmus ergo quosdam astutos & ingeniosos, minime ignorantis opera naturę & ipsius in quibus est possibile sequaces principijs & operib; quibus est inuestigatio nō fantastica in omnibus rebus quae nature regulantur actionibus infra lunarem circulum, hi tam enī ultima paupertate compressi ex dispensationis indigenti hoc tam excellētissimū magisterium coguntur postponere. Sunt & multi alij præter nunc dictos curiosi uanis huiusmodi curis & sollicitudinibus detenti se omni negocio seculari totos occupantes, a quibus haec nostra scientia preciola refugit. Nam ergo tibi fatis ex pressis capitulo pact, que sunt ab hac arte distractantia in pedimenta.

PRIMVS

5

SERMO QVI CONCLVDIT QVA,
litatem essentiae artificis.

Caput. vii.



ONCL VDIM V Sigitur ex iam dictis quoniam oportet artificē huius operis in scis entijs philosophiæ naturaliter eruditū & perfectum esse. quoniam quantamcunq; pecuniā & ingenium naturaliter profundum habuerit, & desiderium in hoc artificio non tam ipsius finē acquiret. nisi ex doctrina philosophiā naturalem adeptus fuerit. quia qd per ingenium naturale non adipiscitur; huius defectui per doctrinam subuenitur. Oportet igitur altissima perscrutatione & industria naturali artificem iuuari. Per doctrinam enim quantamcunq; scientiam acquisiuerit, nisi ab industria iuuetur naturali, ad epulas tam preciosissimas non inuicabitur. In puncto enim errorem suum emendaret per suam industriā, cui remedium ignorat adhibere, si sola doctrina fundatus foret. & errori similiter subueniret in puncto ex acquisita scientia per doctrinam naturalem quā per solam industriam euitare non posset. quoniam ars ab ingenio iuuatur; & ingenium ab arte similiter. Et ipsum similiter necessarium est constantis voluntatis in opere fore. ve non modo hoc, modo illud, attentare præsumat. quia in rerum multitudine ars nostra non consistit vel perficitur. Est enim lapis unus: medicina una: in quo magisterium consistit, cui non addimus rem ex transac aliquam, nec minuimus; nisi in præparatione superflua removamus. Oportet etiam ipsum sedulum operi usq; ad ipsius consummationem insistere. vt non opus detruncatu dimitat. quia nec scientiā, nec proficiū ex opere diminuto acquireret. sed potius desperationē. Expedit etiā ipsum huius artis principia & radices principales, quæ sunt de esse operis, non ignorare. quoniam qui principium ignorat, finē non inueniet. Et nos dicemus tibi principia illa omnia sermone completo, necnō & prudentibus sufficienter aperto & manifesto, secundū huius nostræ artis exigentiā. Expedit similiter temperatū & parcum ad iram esse: ne subito propter iræ impetum iam incepta dissipet & destruat. si militer & pecuniam suā custodiat: ne præsumptis eā vane distribuat. vt si forte artem non inuenerit, relinquatur in miseria & desperatione. vel ne forte cum iam ad finem huius magisterij per suam indagantiā



LIBER

aproxi mauerit, consumpta sint ipsius dispendia, & verum finem misseriolenter ex paupertate relinquat. Sicut cum in principio, qui ignorant suum thesaurum totum exterminant: cum autem huic affines fuerint, non habent ulterius ex quo laborent. Vnde dico, quod hi tales in morte sepeliuntur: & quia pecuniam suam dissipauerunt in rebus inutilibus: & quia scientiam, quam protenus indagassent nobilissimam amicunt. Non enim oportet tua bona consumere, quoniam vilius precio (si artis principia non ignoraueris, quae tibi tradidimus & recte intellexeris) ad complementum magisterij peruenies. Si es tuum ergo perdideris, non attendendo nostra monita quae tibi in hoc libello scripsimus aperta & manifesta: non nos inique corrodas: nec nobis blasphemias iniungas: sed tu impura ignorantie & presumptioni. Non igitur hec scientia bene conuenit pauperi vel indigenti: sed potius est ei inimica & aduersaria. Necnon etiam ad inuincire nitatur sophisticam metam operis: sed soli sit complemento intentus: quoniam ars nostra in potentia diuina seruatur: & cui vult, elargit & subtrahit: qui est gloriolus, & sublimis et omni iusticia et bonitate repletus, forte enim ex sophistici vindicta operis, tibi arte denegaret: & in deviu erroris te detruderet, & ex errore in infelicitatem & miseriam perpetuam. Miserrimus & infelix est, quem Deus semper post operis sui atque laboris finem veritatem denegat conspicere: quoniam vitæ suæ spacium semper in errore concludit & terminat. hic enim in labore constitutus perpetuo omnibus infortunio & infelicitate obsessus, totam huius seculi consolationem gaudium & delectationem amittit: & vitam suam in merorore sine proficio confundit. Studeat similiter, cum in opere fuerit, omnia signa quae in qualibet decoctione apparent, in mentem sigillare, & illorum causas inquirere. Hæc igitur sunt quae necessaria sunt artifici ad artem nostram idoneo. Si vero alterum eorum, quae narravimus, eidem defuerit: huic arti non adhereat,

SERMO GENERALIS DE ARGV tionibus Sophistarum artem negantium.


Caput. viii.

QUONIAM IN summa una huius libelli nostri iam premissimus tibi omnia huius operis impedimenta, & doctrinam tibi dedimus ad artis adherentiam huius sufficienter. expedit vero tibi secundum nostri

PRIMVS

propositi intentionem contra sophisticos et ignorantes disputare. Primo ipsorum rationes ponentes secundum q̄ promisiimus ex principio nos determinaturos esse. Ultimo vero eas omnes intimemus & manifesta demonstrate conuersione sapientibus, nil veritatis cōtinere.

SERMO PARTICULARIS DE negantibus artem simpliciter. Caput. ix.




VNT autē diuersi qui eam negant & destrunt. Alij vero simpliciter, alij ex dictis a supponente eam esse. Sunt enim aliqui asserentes artem non esse simpliciter opinionem sophistice taliter corroborantes. distincte sunt rerum species & diuersitates, quia diuersae sunt & destinatae elementorum adiuvicem in cōmixtione proportiones. Est enim asinus diuersus ab homine in specie. quia multo diuersam habuit elementorum in sui compositione proportionem. sic & in cæteris rerum diuersitatibus est inducere. ergo & in mineralibus. Ignota igitur miscibilium proportionem qua adipiscitur forma & rei perfectio: quomodo & mixtum formare sciemus. sed ignoramus solis lunæ: vel elementorum proportionem, & formare ipsa ignorare debemus. Ex his igitur concludunt. Inutilis est ars ista et impossibilis. Similiter etiam aliter arguunt, magisterium nostrum interimentes. dicunt enim, et si proportionem elementorum scires: modum autem mixtionis adiuvicem eorum ignoras. quoniam in cauernis et mineris et absconsis locis hæc natura procreat. ergo cum modum mixtionis eorum ignoras, et hoc facere similiter ignoras. Similiter iterum arguunt. Si hoc debite scires in mixtionibus actione ignorares calorem æquare agentem, quo mediante res ista perficitur. Certam enim habet natura caloris quantitatem qua metalla in esse deducit. cuius mensuram ignoras. Similiter et alias naturæ causarum differentias agentium ignoras, sine quibus nō posset natura intentum perficere. his ergo ignoratis & totus similiter agendi modus huius artis ignorabitur. Præterea etiam rationem in experientia tibi adduco. Tam diu est enim a viris sapientibus hæc perquisita scientia, quoniam si possibile esset ad eam per aliquam viam perueniri, iam

LIBER

enim millies compleuissent. Similiter etiam cum philosophi non sint in suis voluminibus ausi eam tradere, nec in eis veritatem reperiamus manifestam. satis per hoc est probabile, hanc scientiam non esse. Similiter & multi huius mundi principes thesaurum infinitum & philosophorum copiam habentes hanc artem adiuuenire desiderant. nō tamen ad hunc preiosissime artis fructum pertingere potuerunt. hoc utique satis sufficiens est argumentū q̄ ars sit friuola. Probamentum: Similiter etiam in debilibus mixtionibus specierum sequi naturam non valemus. A sinum enim fingere ignoramus, & cetera similia, quārum mixtiones sunt debiles & manifeste quasi sensibus, quare & multo magis metallorum mixtionem quā est fortissima figere ignorabimus, quā est etiam nostris sensibus & experientijs occultata penitus. cuius signum est difficultas elementorum ex ipsis resolutionibus. Similiter etiam non videmus bouem in capram transformari, nec aliquam aliam speciem, in aliam per aliquid aliud artificiū reduci. quomodo igitur cum metalla differenti specie, niteris ad inuicem secundū speciem transformare, ut de tali specie talem speciem facias. Absurdum satis hoc nobis videtur, & a veritate dato ex principijs naturalibus semotum. Similiter etiam in millibus annorum natura metalla perficit. quomodo & tu in artificio transmutationis per annorum millia durare poteris, cum vix annorum centum metam pertingere valeas. si tamen ad hoc utique taliter responderes, q̄ non potest natura perficere in maximo temporis spacio, in breui per artificium nostrū implemus, quoniam artificium in multis naturae defectum complet. Dicimus tamen quia & hoc impossibile est, & in metallis specialiter, cum sint substantiae subtilissime, quia temperata decoctione indigent, ut in se ipsis secundum æqualitatem insipissetur humiditas propria, & non fugiat ab eis: & relinquat ipsa omni humiditate priuata, qua concussionem & extensionem suscipiant. Si igitur per artificium tuum volueris tempus decoctionis nature in mineralibus & metallicis corporibus abbreviare, oportebit per excessum calorū hoc facere qui non adequabit, sed potius humiditatem dissoluendo ex eorū corporibus dissipabit & destruet. Solus enim tēperatus calor humiditatis est spissatus & mixtionis perfectius, nō ignis excedens. Similiter etiā esse & perfectio datur a stellis tanq̄ primis pficientibus & mouentib⁹ materiā corruptio-
nis & generationis ad nō esse & esse specierū. Hoc aut̄ fit subito, & in instanti cū guevit una stella aut plures ex motibus ad sitū determinatū

in firmamento a quo datur perfectionis esse, quia unaqueq[ue] res ex certo situ stellarū acquirit sibi esse in momento. & nō est solus unus situs, ymo plures; & sibi inuicem diuersi, quemadmodum ipsorum effectus sunt diuersi. Et horum diuersitatem & distinctionem ab in uicem prouocare non possumus; cum nobis sint incogniti & infiniti, quomodo ergo supplebis defectū in opere tuo ex ignorantia diuersitatum sicutum stellarū ex motu earū, & tamen si sicutum unius aut plurium stellarū certum quo datur in metallis profectio scires, nō tamen opus ad intentū tuum perficeres. Non est enim alicuius operis preparatio ad suscipiendum formā per artificium in instanti, sed successiva, ergo operi forma non dabitur cum non sit in instanti. Si militer etiam in rebus naturalibus iste est ordo, quoniam facilius est causam destruere q[uod]cūq[ue] construere, sed vix aurum possimus destruere, quomodo igitur & construere presumimus. Preter has igitur rationes sophisticas, & alias his minus apparentes, credunt hancartē diuinam interimere. Hee omnes sunt persuasiones sophistarum artem nostram simpliciter fore negantium. Rationes uero eorum qui ex suppositione negant artem, ponam cum destructionibus illarum in sequentibus. Dehinc vero ad harum interemptiones nunc positarum transeundum a nobis est, prius ponentibus nobis super has veram intentionem ad operis complementum.

NARRATIO PRABVENIENS. PER
quam respondeatur ad omnia sophismata ar-
tem negantium. Caput. x.



Icimus utiq[ue] quod principia super que actio nem suam natura fundat, sunt diuersimode compositionis atq[ue] fortissimae, et sunt sulphur & ar. vi. vt dicunt quidam philosophorum. Igitur quia diuersissime cōpositionis difficile līme sunt resolutionis, sed vt fiat inspissatio eorum adiuicem et induratio taliter quod si at in eis concussio & extensio per mallei compulsionem & nō confractio, non est nisi per hoc, quod humidum uiscosum in eorum adiuicem commixtione soluatur per successiuā in minera decoctionem. Sed regulā tibi tradimus charissime fili generalē, quoniam non sit inspissatio alicuius humidi, nisi prius fiat

B


LIBER

exalatio debet fieri
partium pubillissimis
magis ita tamen quod
ab humiditate refante
craggus p. 100
metuere.

ex humido partium subtilissimam exalatio & conseruatio ex humili
do partium magis grossarum, si sit humidum in mixtione superans
siccum, & vera mixtio siccii & humidii: ut humidum contemperetur
a siccio: & siccum ab humido, & fiat haec substantia una in suis parti
bus omnino mera & temperata inter durum & molle & extensiua
in concussione, sed hoc non fit nisi per diuturnam mixtionem humili
di viscosi, & subtilis terrei per minima quoque humidum idem cum
siccio & siccum cum humido fiat. & huiusmodi subtilis vaporis non
fit resolutio subita, ymo paulatius & in milibus annorum, & illud
ideo quoniam uniformis est principiorum substantia naturae si su
bito fieret ab eis superflui humidii resolutio, cum non differat hu
midum a siccio: propter fortē mixtionem quam habent, huius utique
rei solueretur humidum cum siccō quasi totum in fumum evanesce
ret, nec separari posset humidum a siccō in resolutione propter for
tē vniōnē quam habent adiuicem, huius utique videmus mani
festam experientiam in spirituum sublimatione, quoniam cum in
eis per sublimationem fiat subita resolutio, non separatur humidum
a siccio nec siccum ab humido, ita quod dividantur in partes totaliter
mixtiones eorum: sed tota concendit eorum substantia aut parum
eorum componentibus dissoluitur. Resolutio ergo huiusmodi
subtilis fumosi successiva & diuturna & æqualis est causa in
spissationis metallorum. Hanc quoque facere non possumus
inspissationem per hunc modum. Ergo in hac sequi natu
ram non valemus. Non enim possumus naturam in
omnibus proprietatum differentijs actionis imita
ri, Nostra igitur intentio non est, in principijs
naturam sequi, nec in proportione miscibili
um elementorum, nec in modo mixtio
nis ad iuicem ipsorum, nec in equati
one caloris inspissantis. Cum haec
omnia sint a nobis impossibi
lia & penitus ignota. Restat
ergo rationes sophistarum
interimere, hanc excellen
tissimam scientiam igno
rantium negantium.

SERMO IN SOLVTIONIBVS

sophistarum artem negantium. Caput. xi.



IX E R V N T ergo nos proportionem ele
mentorū, & modum mixtionis eorū ad in
uicē, etiam equationem caloris metalla inspi-
sant, causasq; alias multas, & accidentia na-
turæ actionem consequentia ignorare. Con-
cedimus eis vt içq; sed nō propter hoc nostram
scientiam diuinam interimunt, quoniam nec
scire volumus illa: nec possumus: nec ad opus
nostrum possunt peruenire. Sed aliud ad hoc nobis principium as-
sumimus: aliumue generationis metallorum modum: in quibus se-
qui naturam possumus. Si dixerunt etiam philosophos & princi-
pes huius mundi hanc desiderasse scientiam: & ipsam nō inuenisse.
Respondemus eos mentiri: quoniam & quosdam principes (licet
paucos) & maxime antiquos, & sapientes, in nostro tempore reper-
tos, iam ex sui industria hanc constat indagasse scientiam. sed tali-
bus, nec ore, nec scripturis eam tradere voluerunt, cum indigni sine
eius. Ergo quia non videtur aliquos hanc scientiam possidere: ceci-
dit super mentes illorum error: ut existimant nullos hanc inuenisse sci-
entiam. Ad hoc etiam si arguant fantastice afferentes impotentiam
nostram non posse solum in debilibus mixtionibus naturam imita-
ri: sicut in mixtione asini vel bouis: ergo similiter nec in fortibus: dete-
gimus eis errorem suum multipliciter: & q; in arguendi modo non
cadat necessitas, qua coartemur artem nostrā nō esse concedere: quia
a simili vel a maiori ad minus suam corroborant fantasiam & erro-
rem: in quibus non continetur necessitas, sed contingentia: ut in plu-
ribus. Ostendimus quoq; per aliam viam demonstrando, illos nul-
lam assignare apparentē similitudinē inter debilem mixtionis com-
positionem animalium & mineralium firmam & fortem. Et hoc
ideo, quoniam in animalibus & alijs viuentibus, in quibus compo-
sitio est debilis, nō est perficiens solum proportio: nec miscibilia pro-
portionis: nec qualitate miscibilium: nec commixtio quæ sequetur
ex illarum actione ad inuicem & passione: quæ est ex aggregatiohe
illarum primarū qualitatum: sed est anima secundū opinionem plu-
rium: quæ est ex occultis nature: sicut ab essentia quinta, vel a primo
motore: & hoc etiam secundū sententiam pluriū dicimus. & huius

B ij

LIBER

occultum ignoramus. Ideo haec talia licet in eis sit debilis mixtio, per
ficere nescimus: quia perfectiuū quod est anima, infundere ignora-
mus. Per hoc utiqz patet, quoniam nō est defectus ex parte mixtionis,
qñon perficiamus bouem vel capram; sed ex defectu infusionis ani-
mæ. quoniā sic debilem et magis debilem; sic fortē & magis fortē
compositionem facere, secundum viam & cursum naturalem imitan-
tes artificium nostrū sciremus. In metallis igitur perfectio minor est
qz in eis. & versatur illorū perfectio magis circa proportionē et com-
positionem qz circa aliud. ideo cum in eis minor sit perfectio qz in
alīs que narravimus: liberius ipsa perficere possumus; illa vero nō.
Diversificat ergo deus altissimus & gloriosus perfectiones adinuicē-
multiformiter. Nam in quibus compositio, que est secundū naturā
sunt debilis: in illis maiorem & nobiliorem perfectionē posuit, qz
quae est secundum animā. Sed quādam fortioris condidit cōposi-
tionis & firmioris; sicut lapides et mineralia; sed in eis posuit minorē
perfectionem & ignobiliorē: & quae est ex mixtionis modo. Patet
utiqz, qz non est eorum similitudo bona. quoniā non ignoramus,
bouem vel caprā formare ratione cōpositionis sed formę perfectiug.
quoniā pfectio in bove vel in capra nobilior & magis est occultata
qz quae in metallo constitit. Si aut̄ alter arguant. quoniā non muta-
tur species in speciem. Dicimus eos mentiri iterum sicut consueve-
rūt sepius, qz verum dicere super his. quoniam & species mutatur in
speciem secundum hanc viam: cum individuum speciei vnius in alte-
rius mutatur. Videmus namqz vermem & naturaliter & per artificiu-
naturale in muscā mutari: quae ab eo differt specie. & vitulū stran-
gulatum in apes. & frumentum in lolium. & carnem strangulatū in
vermem per ebulationis putrefactionem. Sed hoc non facimus nos
facit aut̄ natura: cui administramus. Similiter & metalla non muta-
mus: sed natura: cui secundum artificium materiā præparamus. quo-
niā ipsa per se agit: non nos. Nos vero administratores illius su-
mus. Et si per aliam rationem taliter arguunt: & suam corroborent
sophistice opinionem: qz in millibus annorum natura metalla perfici-
citur in millibus perdurare non potes. Dicimus quoniam natura
super principia sua secundum opinionem antiquorum philosopho-
rum agens perficit in millibus annorum. sed quia principia illa se-
qui non valemus: ideoqz si in millibus annorum siue in pluribus;
siue in paucioribus, vel momento haec natura perficiat, non tenet

species in speciem
mutatur ut
vermis in rugam
vel papilio in
vitulus in apes

illorum persuasio. Quod autem in principijs imitari naturam non possumus: iam ex precedenti negatiuo sermone abbreviato determinauimus. & completiore sermone in subsequentibus demonstrabimus. Secundum tamen opinionem aliquorum euidentium & perspicacium, intentum suum subito natura perficit. s. vna die vel breuiori tempore. Etsi hoc verum sit: non tamē valemus in principijs naturam imitari: quod manifestius ostensione sufficiente probauimus. residuum tamen huius quæstionis confitemur, quoniam totū verum concedimus esse. Et si dicant, q̄ a situ vnius vel plurimū stellarum datur metallis perfectio, quam ignoramus. Dicimus hunc si tum nos scire non oportere, quoniam non est species generabilium & corruptibilium, quin ex individuali eius alicuius fiat generatio & corruptio omni die, per quod patet itaq̄ situm stellarum esse omni die perfectuum cuiuslibet speciei individualium & corruptionum. Non ergo necessarium est stellarum situm expectare, esset tamē utile, sed sufficit solum nature disponere, vt & ipsa, quæ sagax est, disponat sitibus conuenientibus, mobilium corporum. Non enim potest natura perficere sine motu & situ mobilium. Vnde si nature artificium disposueris, & consideraueris, quecunq; ex contingentibus huius magisterij fuerint debite, perficietur sub debito situ permanenti sibi conuenientem absq; consideratione illius. Cum enim videamus vermem ex cane vel alio animali putrescibili deductum in esse: non consideramus immediate situm stellarum: sed dispositiones aeris circumstantis & alias causas putrefactionis perfectius, præter illum. Et ex tali consideratione sufficientes scimus vermes secundum naturam in esse producere. Natura enim sibi inuenit conuenientem situm: licet a nobis ignoretur. Et si dicant perfectionem in instanti dari: et preparationem nostram non in instanti fieri: & concludunt ex hoc: non perficietur per artificium: ergo nec ars. Dicimus capita illorum vacua fore ratione humana: & magis bestijs q̄ viris assimilari. Concludunt enim ex premissis, nulla se habentibus habitudine ad id quod illatum est. Tantum ergo tenet hæc argumentatio. A sinu currit: ergo tu es capra: quantum & sua. Et hoc ideo: quoniam eti non fiat præparatio in instanti: non prohibetur tamen hoc: q̄ forma vel perfectio non possit preparato dari in instanti. Non enim preparatio est perfectio: sed habilitatio ad suscipiendam formam. Sed dicunt etiam, q̄ facilius est, res naturales destruere, q̄ construere illas per


B ij

LIBER

artificium: & vix astrum possumus destruere. & concludant, impossibile esse, construere illud. Respondemus eis taliter. quoniam non concludunt de necessitate qua coartemur aurum non posse construi credere. Nam cum difficulter destruitur difficilioris constructio. non autem impossibile est, illud posse construi. huius autem assignamus causam: quia fortis habuit compositionem: ideoque difficiliorem habuit resolutionem: ideoque difficulter destruitur. Et hoc est, quod facit eos opinari, impossibile esse illius constructionem: quia destructio nem artificiale ex cursu naturae ignorant. Attentauerunt forte, quod sit fortis compositionis: sed quante fortitudinis compositionis sit, non attentauerint. Sufficienter utique tibi charissime fili sophistarum fantasias attulimus. Restat ergo ex quo te attentum promissionem fecimus secundum viam promissionis, ad ea venire determinanda quae sunt principia de intentione naturae. quorum essentiam nos oportet disputare sufficientius in subsequentibus. Post illam vero determinationem etiam de ipsis sermonem faciemus: quae sunt principia nostri magisterij. In prima tamen traditione singularem de uno quoque principiorum faciemus sermonem: in sequenti vero uniuersalem. Ex nunc etiam vero ad presens rationes negantium a datis & ipsarum interemptiones imprimis afferamus.

SERMO VNIVERSALIS IN RATIO-

nibus sophistarum, artem ex suppositione
negantium. Caput. xij.



ANC utique artem supponentes multiplices ex intentione diuersa fore coperimus. Alij qui de in spiritibus. Alij vero in corporibus. Alij in salibus & aluminibus nitris & boracibus. Alij vero in omnibus rebus vegetabilibus haec inueniri artem & magisterium affirmant. Ex his autem omnibus hi quidem secundum partem bene; & secundum partem male. hi vero secundum totum temere ac male hoc diuinum magisterium estimant, tradiderunt, illud posteris. Ex ipsorum autem errorum multiplicitatibus veritatem nos collegisse, difficilis & laboriosè cautela conjectura longaque & diu tediosa experientia, multorum sumptuum

interpositione contigit, & illorum error per nostrę mentis dispositio-
nem & rationem sepissime militauit, & desperationē adduxit. blas-
phemati sint ergo in eternum: quia blasphemias posteris reliquerūt:
ex errore suo super philosophantes perfuderunt: & nō veritatem: sed
diabolicam instigationem potius post mortes eorum dimiserunt,
*iam pollicibus est
veritatem degubita*
Et ego blasphemandus sim: nisi errores illorum corrigam & verita-
tem tradam in hac scientia: prout melius exigit hæc ars. Hoc enim
magisterium occulto sermone non indigeret: nec manifesto penitus.
Tradimus igitur eam sermone tali, quem latere prudentes non acci-
det, hic autem mediocribus profundissimus erit, fatuis autem termi-
nos irresponsabiliter concludet in hac vna & eadem nostra traditione.
Redeuntes igitur ad propositum: dicimus qui in spiritibus eam es-
se ponunt, diuersos multipliciter. Alij quidem ex argento viuo. Alij
autem ex sulphure & huic affini arsenico lapidem philosophorum
perquiri asserunt necesse esse. Et ab his quidam ex marchesita: qui-
dam ex tutia & magnesia & ex sale armoniaco quidam. Qui vero in
corporibus: alijs quidam in plumbo, alijs in quolibet aliorum corpo-
rum esse dicunt, alijs utiqz in vitro, et quidam in gemmis: & alijs in di-
uersitatibus salium & aluminum & nitrorum & borac um. & alijs
in omni genere rerum vegetabilium, & illorum vnicuiqz supponen-
ti alijs est aduersarius, secundum suam suppositionem. Et his ad-
uersans credit arti simpliciter aduersari. Et secundum plurimum
vtracqz secta rationibus est vacua.

SERMO DE VEGETABILIBVS PER
suppositionem in sulphure. Caput. xiij.



VIDAM igitur in sulphure supponentes
eam inuenire, in sulphure laborem impende-
runt: & ignorantes eius preparationis perfecti-
onem ipsam preparationem diminutam relin-
querunt. Crediderunt enim solam mundatio-
nem, et purificationem preparationem perfecti-
onis fore, hoc autem per sublimationē fit, ideoqz
adductum est intentioni eorum ut existimat
qz sola sublimatio in sulphure, sic perfectio preparationis in ipso &
B iiij

LIBER

*par
sibis
enium.*

similiter in suo compari, videlicet in arsenico attumantes induxerunt:
Venientes igitur ad projectionem que est ad intentionem alteratio-
nis, viderunt illud aduri & euanscere & non in corporibus longa-
moram trahere. & corpora relinquere ab eis magis immunda quam prius
fuerint sine projectione illius. quia ergo viderunt hanc delusionem
in operis sui complemento & longissimis fuit temporibus reuolu-
tum in illorum pectoribus, ex solo sulphure hanc scientiam reperi-
& cum in illo non inuenissent, arguunt, non posse in alio hanc inueni-
ri, quare cum nec in hoc nec in alio inueniatur, arguit nescire inueniri.

SERMO DE RESPONSIONE prædictorum. Caput. xiiij.



ESPONDEMVS eis utique breuter, &
dicimus eos in hac parum sentire & minime
sapere, quia supponunt solū sulphur esse mate-
riam nostram. & si vera haec esset suppositio,
tamē in modo utique præparationis decipiun-
tur. quia solam sublimationem credunt suffi-
cientem esse. Est enim tanquam puer ex prin-
cio nativitatis sue usque ad senectutem in dos-
mo conclusus, non putans mundi latitudinem extendi ultra suę do-
mus latitudinem vel ultra quam oculo possit conspicere. Non enim hi
in multis lapidibus laborem suum adhibuerunt, non igitur potue-
runt sentire ex quo materia nostra eliciatur, & ex quo non exquo
manus suas etiam a laborum copia excusauerunt. quis ergo laborum
perfectius sit vel non, merito ignorare debuerunt. Sed quare fuerit
opus illorum diminutum: dicimus quia adurentiam in sulphure di-
miserunt & fugam quæ non solum non perficit: verum etiam dissipa-
t & destruunt.

SERMO DE NEGANTIBVS ARTEM ex suppositione illius in arsenico. Caput. xv.

LII vero in arsenico in eodem & sui compari hunc
lapidem inueniri existimantis necesse esse et profun-
dus ad operis consumationem attendentes: non so-
lum per sublimationem mundauerunt adurentem
sulphureitatem. Verum etiam remouere conati sunt

terrestreitatem, relicta in illo fuga. ad quorū projectionem similiter delusio superuenit. quia non adhesit stabiliter in his ipsis corporibus. sed successiue aut paulatiue evanuit relicto corpore in priori sua dispositione. qui & similiter arguerunt interimentes ut primi. & eisdem ut primis respondentes artem affirmamus. & eam scimus esse, quia vidimus & veritatem teuigimus.

SERMO PARTICVLARIS DE NE
gantibus ex suppositione in sulphure per admixtio
nem vltiorem illius. Caput. xvi.



L II quidā profundius in ipso viderunt. mutauerunt illud & si gam & adustionem abs tulerunt. & factū est eis fixum. & tecum nul lam dans ignis calore fusionem bonam. sed solam vitrificatoriam. & ideo non potuerunt in projectione corporibus permisceri. ideoq; ars guunt ut primi. & eisdē respondemus sicut pri mis. quia opus diminutum dimiserunt. nec ille lud completere scierunt. Ingressionem enim quæ est perfectionum vltima. inquirere ingnorauerunt. In omnibus similiter spiritibus alijs est idem modus præparationis: nisi q; in argento viuo & tutijs excusamur a maiori labore qui est ex remotione adustionis. hæc enim sulphureitatem adustibilem & inflammabilem non habent sed solam fugam. Magnesiæ vero & marchesite omne genus sulphuritatem habent. plus marchasita; minus vero magnesia. fugam tamē omnes habēt. plus ar vi. et sal. armo. minus vero sulphur. adhuc vero et minus cōpar illius. & armo. sal. quarto vero adhuc minus marchesita. quinto vero & magnesia minus illa. sexto vero & vltimo minime omnium tutia. Vterq; fuga participans est. alia tamen plus. alia vero minus. & ideo propter illorum fugam quibusdam superuenit experimentationibus delusio vehemens in illorum operationibus preparationum & ipsorum projectionibus similiter. Ideocq; & ipsi arguunt & interimunt ut in sulphure supponentes. & eisdem ut in sulphure supponentibus respondemus.

Tutiae su
sine sulph

MAR. MAG
et cū sulph
*fuga

LIBER
SERMO DE NEGANTIBVS AR-
tem per suppositionem illius in administratio-
ne omnium spirituum cum corporibus.
Capitulum. xvij.



VNT & alijs nitentes sese in experientijs spiritus in corporibus figere, nulla alia præparatio ne huic præueniente, sed eisdem delusio simili ter timorem angarians attulit & desperatio nem. & coacti sunt ex ea non esse hanc scientiam credere & cōtra ipsam arguere. Est enim turbationis illorum causa ac credulitatis hic, quoniam in fusione corporum spiritus illa di-
mittent, nec eis adherent: ymo asperitatem ignis aufugiunt, perma-
nentibus in ea solis corporibus. quoniam pressuram impietatis ignis
illi compari propter fugam non possunt: quæ ab eis non est ablata.
Accidit similiter & quandoq; delusio, quia & secum corpora ignem
effugiunt. & hoc est, cū nō fixi spiritus corporū profundō inspera-
bili ter adheserunt, quoniam volatilis summa, summā fixi superat. Vnde & similiter ut primi arguunt. & similiter ut primis eis responde-
mus. Tota ergo illorū reprobatio hæc est. Si corpora filij doctrinæ
vultis conuertere; tunc si per aliquā materiam fieri hoc possibile sit:
spiritus ipsos fieri necesse est. sed ipsos nō fixos corporibus utiliter
adherere nō est possibile, imo fugiunt et immunda relinquent illas:
ipsos autē fixos nō est possibile ingredi, cū terra facti sint, quæ nō fun-
ditur, & cum inclusi corporibus fixi apparent: non tamen sunt: aut
ab eis recedunt ipsis manentibus: aut ambo simul confugiunt.
Cum in magis materia affini nullis modis hanc artem inueni-
re sit possibile. in magis ergo remota, non inuenitur ergo
nusq;. responsio vt i q; nostra hæc est. quoniam quod
scibile circa hoc est, non totum sciunt. ideo nec opera-
tum ex eo nō inuenitur. consequentis igitur vitium
per insufficientiam ponunt eorum robur.

*quiescere con-
siderare voluerunt
concessisse debet
spiritus corporum
corporum ut non
alios. ut faciat
confundere*

SERMO VNIVERSALIS DE NEGANTI

tibus artem ex illius suppositione in cor-
poribus. Caput. xvij.



Vidam attamē posuerunt in corporibus illam! Cum tamen, ad opus peruerent, illisi sunt ut existimantes stagnum veruncq; liuidum, scilicet plumbum, & album albedine non pura multum naturae solis & lunæ assimilari & approximare, liuidum quidem multum soli, luna vero parum, album vero lungæ multum soli vero parum.

SERMO PARTICVLARIS DE NEGAN

tibus artem ex illius suppositione in stagno. Cap. xix.

Apropter horum aliqui autumantes stagnum locum videlicet multum lunæ assimilari, in stridore molitie & liquefactionis velocitate solummodo differentē, credentes ex superfluitate sue humiditatis liquefactuum esse facile & molle similiter, ex substantia vero fugitiua art. vi. in illo intercidente partes stridorem possidere, exposuerunt illum igni:

Et calcinantes ipsum tenuerunt in igne quē potuit tollerare quoisq; album factum est in calce sua, quem postea volentes reducere, nō potuerunt, sed estimauerunt impossibile fore. Et horum aliqui reduxerunt ex illo aliquid & stridorem, vt prius & mollietiam in illo inuenirent, & aliq; factioñis velocitatem. Ideocq; crediderunt hoc impossibile per viam hāc: & adducti sunt in incredulitatem: vt putent artem indurationis illius inueniri non posse. Horum vero aliqui calcinauerunt & reduxerunt & iterum scoriam illius subtrahendo cum maioris ignis expressione calcinauerunt & reduxerunt. & sic sepe reiterantes opus ad illum, viderunt iam illum induratum atq; sine stridore, quia ergo velocitatem liquefactionis non omnino remouerunt, errauit mens illorū, et estimauerūt ad illud nō posse perueniri. Horum itaq; & alij volentes eidem duriciem & retardationem liquefactionis cum administratione durorum corporum præstare, in delusionem ceciderunt vt frangeret illis quodcunq; durorum corporum admixtum ei fuerit, nec iuuit in hoc eos via preparatio.


LIBER

Ideoq; cū nec duris nec igne illū preparare potuerunt, excusauerunt
se de longa mora inuentionis artis, quia eam impossumilem dixerūt
& crediderunt, per hoc & contra artem arguentes instanter posuerūt
illam non esse. Ex hoc & ab his addentes multa medicamina, vide-
runt illa nullam immutationem facientia nec ei conuenientia, sed po-
tius corruptientia & contra illorum propositum agentia, & ideo lis-
bros abiecerunt, & capita retorserunt & artem esse fñ uolam dixerūt.
Quibus obuiantes respondemus responsione prima.

SERMO DE NEGANTIBVS ARTEM

ex illius suppositione in plumbo.

Caput. xx.



Vndem est in plumbō reperiri illusionis mo-
dum, solo abiecto, quod corpora non frāgis
& quod citius redit a calce sua q; iupiter, li-
uiditatem actiuam suam remouere non pos-
sunt, quia ignorant: ideo per illud dealbare
non possunt dealbatione bona, nec per suam
fantasiā potuerunt illud stabilibus corpo-
ribus stabiliter associare, quoniam contingat
illud per fortē ignis expressionem recedere a cōmixto. Et illud qd'
maxime decipit illos in huius preparatione supponentes in nullo pos-
se scientiam inueniri, nisi in ipso qui post duas reductiones a calce
sua nullam duriciem suscipit, sed maiorem potius molliciem q;
prius habuerit. & in alijs similiter non viderunt illud emendari diffe-
rentijs. Et ideo cum in ipso putantes propinquius & melius inueni-
re & non inuenierunt, coguntur per hoc credere & argumentari sci-
entiam non esse sed delusionem, & ideo peccant hi vt priores.

SERMO DE NEGANTIBVS AR- TEM ex illius suppositione in commixtione du- rorum cum mollibus. Caput. xxi.

A
līj vero componentes dura cum duris, mollia cū
mollibus, propter conuenientiam voluerunt cor-
pora a se inuicē transmutari & transmutare, &
illud non potuerunt propter suam ignorantiam
vt permiscentes solem vel lunam cum venere vel
alio unoquoc; metallorū non transmutant illa in solem vel lunam

transmutatione firma, quin expeditat ignis expressione forti vnum, quodq; illorum a commixtione seperari, & comburi, vel ad priorem sui naturam redire, quædam vero ex eis plus durant in cōmixtione. quedam vero minus. ut a nobis sufficienter determinatum est. Hæ itaq; delusiones superuenientes propter ignorantiam, faciunt hos tales de hac diffidere arte & illam arguere non esse.

SERMO PARTICULARIS DE NEGANTIBVS ARTEM

tibus artem ex suppositione per vltiorem administratio[n]em durorum cum molibus. Caput. xxij.



LII IN TIMIVS & profundius super hoc inquirentes, cogitauerunt & ingeniani sunt & viam voluerunt inuenire ut dura molibus unita, ea subtiliter induraret, & perfecta imperfectis ad perfectionem reducerent, & generaliter a se in uicem transmutarentur & transmutarent transmutatione firma. Et ideo voluerunt similitudinem & affinitatem illorum inuenire, tum quidem per medicinas, tum vero per ignis administrationem attenuando grossa sicut venerem & martem, & inspissando subtilia, sicut est iupiter, & similia sibi. Et aliqui eorum credentes hanc administrationem perficere, delusi sunt in commixtione horum duorum corporum, vel quia frangibile fecerunt omnino vel omnino nimis molle non alteratum a duro, vel nimis durum non alteratum a molli. Et sic conuenientia non inuenierunt, & ideo artem esse negauerunt.

SERMO DE NEGANTIBVS ARTEM

per suppositionem illius in ultima duroru[m] cum molibus administratione. Caput. xxij.

LII VERO adhuc & profundius inspicientes alterare voluerunt corpora cum animarum suarū extractione: & cū extracta anima alia omnia alterare similiter. Et ad id non potuit eorū experientia pervenire, sed delusi fuerunt de intentione sua per hoc estimantes artem non posse inueniri. Alij vero solo igne ipsa perficerantes, delusi in opinione sua fuerunt quia ad illud peruenire nescierunt. Et hi eam ex hoc non esse putauerunt, quibus omnibus obuiamus ut primis.

C

LIBER

SERMO DE NEGANTIBVS ARTEM

ex suppositione in gemmis & vitro & simili-
bus.

Caput. xxiiij.



VI VERO INVITRO & gemmis il-
lam posuerunt : experti sunt per vitrum &
gemmas in corporibus alterationes facere nō
posse : quia non alterat quod non ingreditur.
Et ipsum quidem vitrum nec gemmæ ingre-
diuntur : ideoq; non alterant . sed & si conati
sunt vitrum secum vniire , cum vix hoc possit .
non tamen propositum habent . quoniam vi-
trum ex corporibus faciunt ; & propter hūc errorē estimant super to-
tam artem cadere , & sic eam arguunt nō esse . Quibus respondemus
eos operari in non debita materia . ideoq; indebite terminantes nō
possunt hanc ex eorum erroribus interimere .

SERMO DE NEGANTIBVS ARTEM

ex illius suppositione in salibus & aluminibus .


Caput. xxv.



VNT ET alijs supponentes eam artem inue-
niri in salibus & aluminibus nitris & boraci-
bus , possunt quidē in his experiri : sed eam in-
uenire minime putamus in eis . Ideoq; si post
suam experientiam paucam vilitatem trans-
mutationis inueniunt , s. soluendo coagulan-
do & assando . tamen non interimant hanc ar-
tem diuinā cum necessaria sit & scita . Possibile
est tamen in his omnibus aliq; alterationem inueniri : sed remota est
valde & maxime laboriosa . Alij vero et in alijs crescentibus omnibus
supponentes : magis laboriosa fore probatur , ideoq; etiam in omni-
bus vegetabilibus ponunt . possibile quidē ponunt , sed non eis , quo-
niā potius deficerēt in labore q; laboratū perfici sit possibile . ideoq;
si tales artem non inueniunt suis laboribus , artem nullis laboribus
inueniri posse argumentari non licet . Omnes autem prius dicti er-
rantes vnam materiam suam posuerunt , & nullam aliam supposue-
runt præter illam . Et hi quidem iam redarguti sunt omnes . Alij ve-
ro multi & quasi infiniti harū rerum omnium compositionem aut

quarundam sub diuersa proportione facientes ignoranter & insciens ter incedunt. & error illorum in infinitum extenditur. quoniam infinita est diuersitas proportionis rerum miscibilium: et infinita est diuersitas numeri rerum miscibilium. & in his ambabus infinitatis bus infinite attingit errare, aliquando ex superabundantia, aliquando ex diminutione, & his impossibilis est correctio. Sed nos quidē longitudini & prolixitati sermonum parcentes super infinitis insistere nolumus. quoniam scientiam vniuersalem trademus brevibus locutionibus qua euidenter infinitatem suorū errorum emendare posseunt & illos corrigerent. Nunc vero prius naturalia principia disseramus secundum eorum causas, ut ex principio teattentum fecimus & immemoratione illorum.

SERMO VNIVERSALIS IN PRINCIPIJS naturalibus corporum secundum antiquorum opinionem. Caput. xxvi.



NNVIM V Sergio tibi secundū antiquorum opinionem qui fuerunt de secta nostra artem imitantium, q̄ principia naturalia in opere naturae sunt spiritus fetens, i. sulphur & aqua vīa, quam et siccām aquām nominari concedimus. Spiritum autem fetentem dividimus: est enim albus in occulto, & rubeus & niger. Vt ergo in magisterio huius operis, in manifesto autem, vicer̄ tendens ad rubedinem. Dicemus igitur sermone breui, necnon & similiter completo & sufficienti generationem viuis cuiuscq; istorū, & modum similiter generationis. Expedit igitur nos ampliare sermonem nostrum & dilatare, & singulum capitulum de singulo naturali principio tradere. In genere tamen dicimus, q̄ vnumquodq; ipsorum est fortissime cōpositionis, & vniiformis substanciæ. & illud ideo quoniam in eis minime partes terre taliter partibus aëris aqueis, & igneis sunt vnitæ: vt nulla ipsarū alteram in resolutione possit dimittere: immo quelibet cum qualibet resoluitur, propter fortem vniōnem quā habuerunt ad invicem per minimam. i. paulatim a calore in mineralibus equali terre visceribus cōculato & æquato secundum debitū cursum naturæ, ad exigentiam illorum essentia secundū opinionē quorundam antiquorū philosophorū.

C. n.

*Hac eadē p. 1
alba et a
qua vīa.
Spiritus fe
et aqua sic
cūm et fe*

*spiritus p. 1
albus est in occulto il
lubus et niger est
est duplex et unus
quod ipsoz facilius
est compositione et
uniforme substantia.*

LIBER

SERMO VNIVERSALIS IN PRINCIPIIS corporum naturalibus secundum opinionem auctoris.

Caput. xxvij.




LII AV TEM aliter dixerunt, quoniam principium non fuit. ar. vi. in natura sua sed alteratum & conuersum in terrā suā, & sulphur similiter alteratum & in terrā mutatum. Vnde dixerunt q̄ principium fuit aliud q̄ spiritus fetens & spiritus fugitius in intentione naturae. Et ratio qua moti sunt fuit. quoniam nō inueniunt in mineris argenteis, vel aliorū metallorum aliquid quod sit ar. vi. in natura sua, & aliquid quod sit sulphur similiter. imo per se inueniunt vnumquodq; illorum se paratum in propria sua minera in sua natura. Et similiter per aliam rationem hoc quod affirmant, non est transitus a contrario in contrarium nisi per dispositiōem mediā. Ergo cū sic sit, coguntur confiteri & credere q̄ non sit transitus a mollitiē ar. vi. ad duriciē aliquius metallorum, nisi per dispositionem quæ est inter duriciē & mollitiē illorū. sed in mineris non inueniunt aliquid in quo saluet hæc media dispositio, ideo hac ratione compelluntur credere ar. vi. & sulphur in sui natura nō esse principium de intentione suæ naturæ. imo aliud quod sequitur ex illorū essentiāl alteratione in radice naturæ ad terream substantiā, & est iste modus. quoniam prius vnumquodq; eorū conuertitur ad terream naturā, & ex his ambab⁹ terreis naturis resoluitur fumus tenuissimus a calore multiplicato in viscere terræ, & hic duplex fumus est. Materia metallorū īmediata. hic fumus cū a calore temperato minere decoctus erit, et cōuertitur in naturā cuiusdam terre, ideoq; fixionem quandam suscipit, quā dum fluens aqua per viscera minere & terræ spongiositatem dissoluit, & ei uniformiter vnitur vniōne naturali & firma. ideoq; sic dixerunt sic opinantes q̄ aqua fluens per meatus terræ inuenit substantiā dis solubilem ex substantia terræ in visceribus illius & illā soluit, & vni formiter secum vnitur, quo usq; & substantia terræ in visceribus dis soluta & aqua fluens dissoluēs, vnum fuerint vniōne naturali, & ad talem mixtionem veniunt omnia elementa secundum debitam natu ralem proportionem, & miscentur per minima quo usq; faciant vni formem mixtionem. Et hæc mixtio per successiūam decoctionem in

ex terris sit frumentus
semigemina a calore
multi pollicati ne rigescat
terra, qui mās est
metallorum immiediatā


minera inspissatur & induratur & fit metallum. Et hi quidem sunt affines veritati, non tamen veritatem concinunt puram.

SERMO PARTICVLARIS IN CORPO
rum principijs naturalibus. Caput. xxv ij.



AM SERMONE vniuersali determina uimus de metallorum principijs naturalibus. Restat igitur ut nunc ponamus vniuersitatem principij capitulum. Cum ergo tria sint sulphur, arsenicum & ar. vi. Primo ascribemus capitulum de sulphure. Secundo de arsenico. Tertio de ar. vi. deinde vniuersitatem metallo rum qui sunt effectus eorum, deinde ponemus capitulum determinatum, secundum quod est ex opere naturae. Dehinc ad ea quae huius magisterij sunt fundamenta & illorum operatio nes transeundo, horum omnium causas assignantes.

SERMO SINGVLARIS IN PRINCI
pio quod est sulphur. Caput. xxix.



ICMVS igitur quod sulphur est pinguedo terrae in minera terre per temperatam decoctionem inspissata quo usque induretur & siccata fiat. & cum indurata fuerit sulphur vocatur. Habet siquidem sulphur fortissimam compositionem, & est uniformis substantiae in suis partibus omnino mera, quia homogeneous est. id est non auferitur eius oleum ab ipso per distillationem sicut ab alijs rebus oleum habentibus, qui ergo querunt ipsum calcinare non perdendo de illius substantia aliquid de quo sit curandum, inuanum laborat, quoniam non calcinatur nisi per magnam industriam, & multum de illius substantia dissipando, ex centum enim partibus vix tibi tres sufficienter reseruans. Post calcinationem figi similiter non potest nisi calcinetur prius, commisceri attamen & aliquantulum illius fuga retardari & illius potest adustio reprimi, & cum commixto facilius calcinatur. Qui ergo querit ex eo opus elicere illud per se preparando non eliciat, quoniam cum mixto perficitur, & sine illo protelatur magisterium usque ad desperationem. & cum suo compari sit tinctura, & dat pondus completem vniuersitatem.

(Arsenic)

C ij

LIBER

metallorum & ipsum seditate depurat & illustrat & perficitur cum
magisterio sine quo nihil horum prestat sed potius corruptit & de-
nigrat, non igitur sine magisterio ipso utraris. Qui etiam in prepara-
tione ipsum commiscere & amicari corporibus nouerit. Sciet vnum
de secretis naturae maximum & viam perfectiois vnam cum multæ
sint viæ ad vnum effectum & vnum intentum. Et quodeuncq; cor-
pus ex ipso calcinatur, acquirit pondus sine dubio. es quoq; assumit
ex eo solis effigiem. Mercurio quoq; associatur. & per sublimationem
fit usus. Calcinantur deniq; omnia corpora ex eo facile preter sol
& iupiter. Sol vero difficultime, & non coagulatur. ar. vi. ex eo in
solem vel lunam, in quibus sit utilitas per artificium debile sicut phi-
losophorū quidam facili putaverunt. Et ita dicimus quæcunq; cor-
pora minus habent de humiditate facilis per sulphur calcinantur
q; quæ multam. Per deum altissimum ipsum illuminat omne cor-
pus, quoniam est alumē & tinctura. Difficilime quoq; soluitur,
quoniam non habet partes salsuginosas sed oleagenas quæ non fa-
cile in aquâ soluuntur. Quæ autem facile vel difficile soluuntur in aquâ
in capitulo solutionis monstrabimus satis a perte. Sublimatur vero
quia spiritus est. & si commisceatur veneri et adunatur secum, fit mi-
rabile violaceum, cum mercurio quoq; miscetur similiter, & sic ex eis
per decoctionem celestinus color & delectabilis. Non potest quis q;
sulphur per se opus compleat alchimie, non enim esset hoc nisi vanum
credere. hoc autem satis lucide probamus in sequentibus. Eligitur
autem crassum & lucidum. Et de sulphure hæc dicta sufficiant.

SERMO IN PRINCIPIO QVID EST

arsenicum. Caput. xxx.

SENICVM



EST AT nos de arsenico terminare ad presens. Dicimus igitur quoniam est de subtili ma-
teria & simile cum sulphure, siccirco non opos-
tet illud aliter diffiniri q; sulphur, in hoc autem
diuersificatur a sulphure, quia est albedinis tin-
ctura de facilis, rubedinis autem difficultime, sul-
phur vero rubedinis de facilis, albedinis autem
difficultime. Est autem sulphuris & arsenici duplex genus, citrinum
quoq; & rubeum quæ sunt huic arti utilia, reliqua autem multa gene-
ra non. Figitur autem arsenicum sicut sulphur. Vtriusq; vero subli-
matio ex metallorum calcibus melior est. Non sunt autem sulphur

& arsenicum materia perfectiva huius operis. Non enim completa sunt ad perfectionem, habent autem admixtum perfectionis in casu, eligitur autem lucidum & squamosum & scissibile.

SERMO IN PRINCIPIO QVID
est argenteum viuum. Caput. xxxi.



ARG. VIVI
V. T. cap. x
RGENTVM quippe viuum quod etiam
mercurius appellatur antiquoru, vsu est aqua
viscosa in visceribus terrae substantiae subtilis
albe terre per calorem temperatissimum vniata
totali vniione per minima quoque humidum
contemperetur a sicco et siccu, ab humido equa
liter. Ideoque fugit super faciem planam de faci
li propter surae aquae humiditatem, non autem
adheret, viscosam licet habeat humiditatem propter siccitatem illius
quae illam contemperat & non adherere permittit. Est etiam ut quida
dicunt materia metallorum cum sulphure: adheret quoque tribus mi
neralibus de facilis, saturno videlicet & soli & ioui: & lune magis dif
ficulter. Veneri vero difficilior quam lune. Martia autem nullo modo nisi
per artificium. Ex hoc utique maximum elicias secretum. Est enim ami
cabilis & metallis placabilis & mediuconiungendi tincturas, & non
submergitur aliquid in argento viuo nisi sol. Soluuntur tamen iu
piter & saturnus luna & venus ab eo & commiscentur, & sine ipso
aliquid metallorum deaurari non potest. figuratur & est tinctura rube
dinis exuberantissimae refectionis & fulgidi splendoris. & non rece
dit a commixto donec est in natura sua. Non est tamen medicina
nostra in natura sua, sed iuuare quandoque potest similiter in casu.

SERMO GENERALIS DE EFFECTI
bus naturae quae sunt corpora metallica. Caput. xxxii.



ICIMVS DE metallicis corporibus quae
sunt effectus eorum naturae principiorum. Sunt
autem sex in numero. Aurum. Argentum.
Plumbum. Stagnum. Es. Ferrum. Dicimus
igitur quoniam metallum est corpus mine
rale fusibile, sub malleo ex omni dimensione
extendibile. Est autem metallum ut diximus
dense substantiae & fortissime compositionis
C. iiiij

*metallum quid
tincuras*

LIBER

& firmę. habent autē affinitatem magnam metalla adiuicem. non tamen perfectum diminutum perficit per eius commixtionem. Si enim aurum cum plumbō admisceatur fusione, nō fit ex hoc plumbō aurum sed evanescit plumbum admixtione & aduritur. Aurum autē in examinatione remanet, similiter in reliquis inducendo cadit secundū cōmūnem cursum, secundum vero nostrū magisteriū perfectum imperfectum adiuuat, & imperfectum in nostro magisterio per se perficitur sine administratione alicuius rei extraneae, & imperfectum hoc eodem magisterio perficitur. Et per deum se inuicem alterant & alterantur, & se inuicem perficiunt & perficiuntur, & per se tantum vnumquodq; persicitur sine alicuius adminiculo.

SERMO PARTICULARIS IN

Sole. Caput. xxxij.

A
TTVLIMVS tibi in generali capitulo summa de intentionibus metallorum, speciale: tibi tamen faciemus de unoquoq; sermonem. Et primo de auro dicamus. Dicimus ergo quoniā aurum est corpus metallicum citrinum, ponderosum, fulgidum equaliter in ventre terre digestum aqua minerali diutissimae lauatum. Iub malleo extendibile fusibile; examinationem cinericij & cestimenti tollens. Ex hoc utiq; elicias q; aliquid non est aurum nisi cauas diffinitionis & differentias omnes habeat auri. Quicquid tamen metallum radicus citrinat, & ad equalitatē perducit & mundat, ex omni genere metallorum aurum facit. Ideoq; per opus naturæ perpendimus, & artificio q; in aurum mutari posse. Vidi mus nanc; in minerali gris a quibus emanabat aqua secum adducens gris squamas tenuissimas. Ipsasq; diurno & continuo lapsu lauit & mundavit. Deinde vero aqua cessante fluere vidi mus cū sicca arena has squamas per triennium in solis calore excoqui. inter quas est in uentum aurum verissimum. Estimauimus utiq; per aquæ beneficium illas mundatas fuisse; per solis autem calorem in arenæ siccitate & equaliter digestum, & ad æqualitatem peruenisse. Imitantes autem naturam cum possimus similiter alteramus, non tamen in hoc se qui naturam valemus. Aurum quoq; est preciosius metallorum & est tinctura rubedinis quia tingit & transformat omnę corpus.

Calcinatur autem & soluitur sine utilitate. & est medicina laetificans
 & in iuuentute corpus conseruans. Frangitur facilime cum mercurio,
 & odore plumbi teritur. Non est autem in actu aliquid quod magis
 in substantia sibi conueniat quam iupiter & luna. In pondere autem
 & surditate & putrescibilitate saturnus, in colore autem venus. in po-
 tencia quidem magis venus. deinde luna. deinde iupiter. & deinde
 saturnus. ultimo vero mars. Et hoc est unum de secretis naturae. Cum
 ipso similiter commiscetur spiritus, & figuntur per ipsum maximo
 ingenio. quod non pertinet ad artificem duræ cervicis & pectoris.

calcinata. ohne
alle utilitate.

Fermentation

SERMO IN LVNA.

Caput. xxxiiij.

SOLIS itaque capitulo premisso dicamus sermonem nostrum in luna, comuni vocabulo argento. Dicimus quoniam argentum est corpus metallicum album albedine pura, mundum, durum, sonans, perdurans in cinericio, sub malleo extendibile ignibile fusibile. Est itaque albedinis tinctura, & indurat iouem per artificium. & conuertit ad se & commisceatur soli & non frangit, sed in examinatione sine artificio secum non perseverat. Qui nouit ipsum magis subtiliare, & post subtiliationem inspissare et figere secum associatum cum eo manet in pugna, & ipsum non dimittit penitus. Positum super fumum acutorum sicut aceti, salis ar. & agrestar. fit celestius color mirabilis. & est nobile corpus: sed diminutum a nobilitate auri. & inuenitur eius minera determinata, & aliquotiens habet confusam mineram cum alijs corporibus. & illud non est sic nobile. Calcinatur autem similiter & soluitur labore magno cum nulla utilitate.

calcinata. ohne utilitate.

SERMO IN SATVRNO.

Caput. xxxv.

DE PLVMBO similiter tradamus capitulum: & dicamus quoniam plumbum est corpus metallicum, liuidum terreum ponderosum multum, parva participans albedine, cum liuiditate multa, cinericium & cemetum refugens molle facile omni sua dimen-

LIBER

sione partia cōpressione extendibile & facile fusibile sine ignitione.
Plumbum autem quidam fatui putant & dicunt multum in natu-
ra sua auro approximare. Sed quoniam sunt duræ ceruicis omni ra-
tione vacui, nullam veritatem cōnicere volentes, quantum in se est,
ex subtilissimis rebus queunt. sed de eis secundum sensum iu-
dicantes, quoniam vident illud ponderosum & murum & non pu-
toscere, credunt illi multum approximari. sed hoc totum quoq; est
erroneum: & latius a nobis in sequenti negocio approbatur aperte.
Plumbum quoq; multum habet de substantia terrea, ideo lauatur.
& in stagnum per lauacū verritur. Per hoc ergo patet stagnum ma-
gis perfectioni assimilari. Et plumbum similiter aduritur & fit mi-
nium: & ponitur super vapores aceti & fit cerusa. Et licet non mul-
tum perfectioni approximet: ex eo tamen per nostrum artificium
de facili argentum formamus. & non seruat pondus proprium in
transmutatione, sed mutatur in nouum pondus. Et hoc totum in
magisterio acquirit. Est etiam plumbum argenti examen in cineri-
cio, cuius causas dicemus.

S E R M O I N I O V E.


Caput. xxxvi.

27
OVIS ERGO traditione non omissa signifi-
camus filijs doctrine q; est corpus metallicum albū
non pure liuidum, & sonans parum: terreitate pau-
ca participans: stridorem: molliciem: liquefactio-
nem sine ignitione: velocitatem in radice possidēs:
cinericum et clementum non expectans: sub mallco
extendibile: Est ergo iupiter inter diminuta a per-
fectione corpora magis perfectio in radice suæ naturæ affinis, soli, s.
& luna. Lunæ magis: soli vero minus. Hoe vtiq; in sequenti lucis
de narrabitur. Iupiter quia albedinem multam ex radice suæ genera-
tionis suscepit: ideo omnia non alba corpora dealbat. Vitium est
tamen ei, quia omne corpus frangit, præter saturnum, & purissimū
solem. Et iupiter multum soli & lune adheret: & ideo ab eis per ex-
amina non de facili recedit. Suscepit tincturam rubedinis: & splen-
det in eo fulgore inestimabili: & pondus acquirit in magisterio
huius artis. Induratur vero & mundatur facilis q; saturnus.

Ver qui sciuerit eius vitiū fractionis auferre: subito ex eius proficuo
gfrui letabitur. Cōuenit enī soli & lunę nec separabitur ab eis semp.

SERMO DE VENERE.

Caput. xxxvij.



EVENERE vero sermo noster sic ad pre sens. Et est corpus metallicum liuidum rube dine fusca participans, ignibile, fusibile, sub malleo extendibile: cineritum & cemētum re fugiens. Venus utiqz (vt narratū est) in pro fundo suę substantię colorem & essentiā aurī protendit, malleatur vero & ignitur ut argen tum & aurū. Ideocz secretum ex ea assumast quia est medium solis & lunæ, & facile ad utruncz conuerte natu ram illius accidit: & est honesta cōversionis & pauci laboris. Conuenit cum tutia vehementer, & illā citrinat citrinitate bona, vt ex hoc profi ciunt elicias. Excusamur utiqz per eā a laboribus indurationis & ignitionis illius. Assumas igitur eam præ ceteris imperfectis in opere minori et medio: in maiori vero minime. In hoc tamē a ioue vitium habet: quoniam liuescit de facili, & infectionem ex acribus & acutis suscipit, & eradicare illud non est facile artificium: imo profundū.

SERMO IN MARTE.

Caput. xxxviij.



ARTIS vero narratio & secretum illius totum est ex opere naturæ, quoniam est corpus metallicum liuidum multum: parum vero ru beū: albedine nō pura participās: durū ignibile nō fusibile fusione recta: sub malleo extē sibile: & multū sonans. Est autem mars dure tractationis, propter impotentiam suę fusio nis. qui si sine medicina, illius naturam imi tante fundatur, coniungitur soli & lunæ & non separatur per examē, sine magna industria. sed si præparetur, coniungitur, & nō separatur per aliquod artificium, si eius natura fixionis nō immutetur ab eo, so la remota immundicie illius. Est ergo tinctura rubedinis defacili: al bedinis vero difficulter. Et cum coniungitur non alteratum: non immutans est colorem commixti: sed augens illud in quantitate.

LIBER

nde fil 44
primus & 2f. natus
catera metalli transfor-
matum in Ocul C

deinde 9.

deinde 5.

difficilis ♂

regula generalis

fol 44

Inter omnia igitur corpora iupiter in splendidius & lucidius, fulgi-
dius & perfectius solare & lunare transformatur corpus. Sed in eo
est opus facilis tractationis, & longi laboris. Post illum vero venus
minus perfecte mutationis eligitur, difficilioris tractationis, breuios-
ris vero a iove laboris. Saturnus vero post venerem perfectionem in
transmutatione ab illa diminutam habet, facilis actus tractationis,
longissimi vero laboris. Mars vero inter cetera minime perfectionis
in transmutatione consistit, tractationis utiq; difficillime, & laboris
longissimi. Quæcunq; igitur a velocitate liquefactionis corpora re-
motiora sunt, difficilioris inueniuntur in transmutationis opere tra-
ctationis. Et sūt huiusmodi venus et mars. quæ vero magis, magis
& quæ maxime, maxime. Quæcunq; vero maioris liuiditatis & in-
fectionis in terra sunt participantia: & hæc laboris maioris inueni-
untur, & minoris perfectionis. Quæcunq; autem perfectionum di-
uersitates paulo prius a nobis determinatae in minoris & medijs ope-
ris artificio reperte sunt: in maiori, vero vnius perfectionis sunt oīa:
non autē vnius tractationis aut laboris sunt. Remanet enim dicere,
& quæ tractationis facilitas et difficultas, & quæ breuitas laboris, &
longitudo in radice innata corporum inuenta sunt. Iam ergo prin-
cipia naturalia tractatione vera, quæ est ex intentione naturæ ipsorum
corporum adscriptimus: & ipsorum corporum similiter determina-
tos sermones in singulis capitulis veraciter exposuimus: & secundū
sententiam eorum, qui intima naturæ videre potuerunt, & secundū
nostrā, qui ad ea puenimus cum instantia laboris. Nunc vero secun-
dū q; iuenumus, expedit huius artis defectū supplere, & principia oīa:
huius magisterij tradere in nostri vltima sermonis parte, & perfec-
tio nem quā vidimus secundū eius exigentia cū causis suis monstrare.

LIBER SECUNDVS DE PRINCIPIIS

huius magisterij & perfectione eiusdem. Caput. xxxix.

VNT DVO quæ determinanda sunt.
Principia. scilicet huius magisterij: & perfectio
eiusdem. Sunt itaq; huius artis principia
modi operationum ipsius: quibus applica-
tur artifex ad hoc magisterium. Qui quidē
ad se inuicem sunt diversi. Est enim unus mo-
dus sublimatio: & descensio alter. & unus
etiam distillatio: et unus ex modis est calcinacio

operationes qua fundi-
ti māa philosophica



& aliis solutio: & aliis coagulatio. Septimus modus vero fixio. Octauus vero ceratio. De quibus singulis singulam narrationem faciemus. Perfectio consistit ex consideratione rerum, quibus peruenitur ad eam: & ex conditione rerum iuuantium: & ex consideracione ipsius rei que ultimo perficitur: & ex qua cognoscitur: si in perfectione fuerit magisterium: vel non. Consideratio eorum quibus peruenitur ad operis complementum: est consideratio substantiae manifeste, & colorum manifestorum: & ponderis in unoquoque corporum mutandorum: & quae non mutanda sunt ex radice suae naturae abscis illo artificio: & consideratio illorum similiter in radice sua cum artificio: & consideratio principiorum corporum secundum suum profundum occultum & manifestum, secundum naturam suam, sine artificio: & eorum similiter cum artificio. Quoniam si non cognoscerentur corpora & illorum principia in profundo suae naturae & manifesto, cum artificio, & sine: nesciretur quod superfluum in eis, & quod diminutum: qua ratione necesse foret, nos nunquam ad perfectionem transmutacionis illorum peruenire. Consideratio autem rerum iuuantium perfectio nem est consideratio naturae illarum rerum, quae corporibus sine artificio videmus adherere & mutationem facere. Et sunt Marchesita, Magnesia, Tutia, Antimonium, & lapis lazuli: & consideratio eorum quae sine adherentia corpora mutidiscent: & sunt. s. sal & alumina nitra & boracia, & quae suae naturae sunt: & quae consideratio vitri ficationis mundantis per consimilem naturam:

SERMO GENERALIS IN PERFECTIONE MAGISTERII.

Caput. xl.



ONSIDERATIO VERO REI QUEA perficitur: est consideratio electionis purae substantiae ar. vi. & est materia, quae ex materia illius assumpsit originem: & ex illa creata est: Non est autem ista materia ar. vi. in natura sua: nec in tota sui substantia: sed est pars illius, non est autem nunc, sed cum lapis nostrum factus est, ipse enim illustrat & ab adulatione conseruat quod perfectionis significatio est.

Perfectione



De alfoliatis illustratis
et ab adulatione
conseruant alia
metalla.

D

LIBER

SERMO GENERALIS IN CONSIDERATIONE EXAMINIS PERFECTIONIS MAGISTERIJ: & PRINCIPIJ MAGISTERIJ: & PERFECTIONIS EIUSDEM. Caput. xli.

CONSIDERATIO vero rei ex qua cognoscitur verum magisterium in perfectione sit, vel non: est consideratio cinerici: cimenti ignitionis, expositionis super vapores acutorum, extinctionis, comixtionis sulphuris adurentis corpora, reductionis post calcinationem, & susceptionis ar. vi. Hæc autem omnia narramus cum causis suis, & cum experientijs facilibus, quibus poteris manifeste cognoscere, sermones non errasse nostros. Et hæc experientia erunt tibi penitus nota.

SERMO GENERALIS IN SVBlimatione. Caput. xlij.

BLIMATIO

CONSEQUENTES igitur nostrum propositum, dicimus de sublimatione. Et fuit causa intentionis eius, quia non inuenierunt antiqui nostri, nec nos, nec qui post nos erunt, aliquid, quod vniatur corporibus, nisi spiritus solos, vel aliquod, quod naturam corporis vel spiritus in se contineret. & hos projectos super corpora sine illorum mundatione, viderunt, vel non perfectos colores dare, vel ex toto corrumpere, adurere, denigrare, & defedare. Et hoc secundum diuersitatem ipsorum spirituum. Quidam enim sunt adurentes, ut sulphur, & arsenicum, & marchalita. & hi quidem corrumpunt ex toto. Alij vero non adurunt, ut omne genus tuticæ: & hi quidem imperfectos colores dant. & illud ideo, quoniam que adurunt, etiam denigrant, & sedant. Duplici de causa hæc faciuntur. Vna, quia vnguis adustus sulphuris de cuius proprietate est, de facilis inflammari, & per inflammationem denigrari, & per concrequens denigrare ab eis non est ablata. Altera vero causa est terreitas, quæ ab eis si militer ablata non fuit. In his autem in quibus non datur perfectus color, est causa terreitas, liuidum faciens eam. Potest etiam adustio liuidum creare colorem, ideoque ingeniani fuimus hos mundare ab vnguis aduste videlicet adurente eam habentes. & a terra superfluitate omnes. Et ad hoc per nullum magisterium potuimus peruenire, nisi per solam sublimationem. Ignis enim cum eleuat,

Subtiliores partes semper eleuat, ergo dimittit grossiores. ex hoc partet per sublimationem spiritus a terreitate mundari. quæ & ingressi onem impedit & colorem immundum dabat. Experientia vero notum tibi facit satis per vi sum tuum illos ab ea absolutos esse. vis des enim eos splendidiores & magis peruios, & eos facilius corporum densitatem subintrare & penetrare & non sedum, ut prius facere. Quod vero per sublimationem adustio remoueatur: patet experientia. quoniam arsenicum quod prius ante sui sublimationem impium erat ad adustionem: post eius sublimationem inflammari se non permittit: sed solummodo sine inflammatione recedit. & hoc idem in sulphure (si experieris) inuenies. Quia ergo in nullis alijs cę in spiritibus vidimus adherentiam ad corpora cum alteratione: per nulla ergo fuimus ab eis excusati: quin necessarium fuerit, illos præparasse, cum mundatione illorum: quæ est per sublimationem. ideo huius fuit causa necessaria inuentionis. Sublimationis igitur narremus ordinem totum sine diminutione: & ipsius essentiam.


Exemplū
& 4

SERMO PARTICULARIS IN

sublimatione sulphuris & arsenici.

Caput.

xliij.



ICIMVS igitur. Sublimatio est rei sicce per ignem eleuatio, cum adherentia sui vasis. Sublimatio vero diuersificatur propter diuersitatem spirituum sublimandorum. Quedā enim fit cum ignitione: quædam vero cum medicina: quædam vero cū igne remisso. Si igitur sublimetur arsenicum vel sulphur: necesse est illa per demissum ignem sublimari. quoniam cum habeant partes subtilissimas coniunctas uniformiter grossas: ascenderet utique illorum tota substantia sine purificatione aliqua, imo denigrata & etiā combusta. Ut igitur separaret quis immundam terream substantiam: necesse est ingenia duorum inuenire generum: proportionem. scilicet ignis: & mundificationem cum cōmixtione secum. quoniam commixtio cum fecibus, partes comprehendit grossas: et tenet illas in aludel fundo depresso: nec eas scandere permittit. Vnde & necesse est artificem triplicem ignis gradum sublimationis applicare. Vnum proportionare taliter, q̄ per eū ascendant alterata

D n

Sublimatio
definitio
ter Lull
circuitalis

4 & 25

Gradus ignis
Sublimatio

LIBER

Duis ignis.
ad.

tantum & mundiora donec per hoc manifeste viderit ipsa mundari
a terrea feculentia. Alter vero gradus est: ut quod in fecibus remane-
sit de pura illorū essentia: sublimetur cum maiori expressione ignis:
videlicet cum ignitione aludel & ipsarum fecum: quam videre potes-
tit oculis suis. Tertiū vero gradus est: ut administretur ignis debi-
lissimus sine fecibus ei quod sublimatum a fecibus: & quod iam de-
puratum est: q̄ vix aliquid de illo ascendat: & quod ascendet de illo
sit res subtilissima: quæ huic operi nihil valet, quoniam illa est res;
mediante qua adustio fit in sulphuribus. Est igitur tota sublimatio
nis intentio hec: ut remota terreitate illius per ignis administrationem
debitā: & abiecta similiter ex ea subtilissima & fumosa illius parte,
quæ adustionem cum corruptione adducit, relinquatur nobis pars
illa, quæ in equalitate consistit: quæ simplicem fusionem super ignē
facit, sine adustione aliqua ea, de igne fugiente sine inflammatione
illius. Quod vero subtilissimum sit adustuum: manifestissimis ar-
guitionibus probatur, quoniam ignis ad suam conuertit naturam
vnumquodq; eorum quod magis affine illi est. quia ex unaquaq;
re adustibili magis affine est, quod ex illa est subtile: & adhuc magis
affine est, quod subtilius est. Ergo & magis affine subtilissimū est,
ab experientia similiter: quoniam sulphur vel arsenicum non subli-
matum velocissime inflammatur. Sulphur vero facilis. Sublima-
tum vero directe non inflammatur: sed volat & extenuatur sine in-
flammatione: præcedente tamen fusione. His itaq; patet sermonem
nostrum veridicū esse. Probatio vero administrationis fecum,
cum proportione sua est: ut eligatur materia illa, cum qua plus con-
ueniant spiritus sublimandi, & cui permisceantur profundius. quo
niā illa cui magis vniuntur, potentior est in retentione fecum sub-
limandorum, q̄ cui non. huius rationabilis satis est manifesta pro-
batio. Probatio vero q̄ necessaria sit fecum administratio, est: quia
si non coniungerentur sulphur vel arsenicum sublimandum, cum
feco de aliqua re fixa: tunc necesse esset cum tota sui substantia ascen-
dere, non mundata. Experientia vero sciunt: nos verum dicere, qui
in sublimationibus exercitati sunt. Probatio vero, q̄ necessaria sit
talium fecum administratio quibus sublimanda conueniant & vni-
antur in profundo suo. quoniam si feces non permiscerentur per
minima: tunc idem contingere, sicut si fecē non haberent. s. ut ascen-

deret tota illorum essentia sine mundatione aliqua sicut ascendunt
sine fecibus cum tota substantia ergo & similiter a fecibus sublimata
quaibus non vniuntur ascendere necesse est. Experientia scit, verū
hoc esse, qui hoc vidit & nouit, quoniam cum sublimauit a re ex-
tranea a corporū natura sublimauit inuanū, ut nullo modo depura-
ta post ascensionem illorū inueniret. Si vero cum calce alicuius corpo-
rum sublimauit: tunc bene sublimauit, & perfecte mundare potu-
it, cum facilitate. Est ergo intentio secum, ut administrentur de cal-
cibus metallorum. Est enim in illis facilis operationis sublimatio,
cum rebus autem alijs difficillima. Non est ergo aliquid, quod locū
illorum possit obtinere. Non autē dicimus sublimationem imposs-
sibilem sine calcibus corporum, sed eam difficillimam & longissimis
laboribus & protelationibus, vscq; in desperationem. Sed in hoc tan-
tum bonitatis habet, quoniam quod sublimatur ab sc̄p fecibus, vel
sine corporum calcibus, est quantitatis multe, quod vero cum faci-
bus, minoris. Adhuc vero & quod cum corporum calcibus, minime
est quantitas, sed facillimi, & laboris breuissimi. Illud vero quod
plus nos excusat a fecibus de corporibus, est omne genus salis præpa-
rati, & huius consimilium in natura, et est nobis cum eis sublimatio
multæ quantitatis etiam possibilis, quia facilis sit ab eis sublimanda
rum secum separatio per saluum solutionem, quod in nullis alijs re-
bus esse contingit. Proportio vero secum est, ut quantitas fecum ^{proportio secum -}
quantitatē sublimandorum ^{sublimant-}
^{dor, aquætra.} equetur. In hoc enim etiam rudis artifex erra-
re non poterit, mediocrem vero artificem, ponere medietatem ponde-
ris sublimandorum ex fecibus, sufficiens esse contingit. & in hoc er-
rare non debet. Exercitato vero & maxime experto, minima illarum
pars sufficit. Quanto enim minores secum sunt quantitates, tanto
& maiori exuberantiae sublimationem necesse est esse, dummodo
& secundum diuersitatem subtractionis fecum, siat proportionalis
illi subtractio ignis. In parua enim quantitate, parvus ad perfectio-
nem ignis eliciatur, in magna magnus, in maiori maior. Sed quoniam
non est res ignis, quæ mensurari possit, ideo contingit in illo er-
rare sepiissime, cum quis exercitatus non est, tam ex diuersitate forma-
rum & lignorum adurentium, q; & similiter vasorum & capacitatibus
illorum. De quaibus omnibus expedit artificem attentum sollicitare
Sed communem adducimus regulam. Quoniam imprimis expedie-

D in

Regula
communis

LIBER

gula eois
ministra
et levius.

autio ignis in
mox degeneratione
opendit ignem &
quidem tibet que
perpetuum sed
non aquatim

experiens quem
satis gloriorum


cum paruitate ignis, solam aqueitatem ex sublimandis exprimeret
qua remota siquod ascendit per illum: tunc in principio hic non augetur ignis: ut per debilissimum ignem subtilissima pars tollatur, & seorsum ponatur: quae est causa adustionis. Cum autem iam nihil vel modice ascenderit (quod experiri poteris cum intromissione bombacis licinij in superius foramen aludel) vigoretur ignis sub eo, & qualiter vigor debeat esse ignis: tibi experientia licinij ostendet. Si enim parum de sublimando vel mundum exierit; adhuc parvus erit ignis, augeatur igitur. Si vero multum & immundum, tunc superfluus est. subtrahatur igitur. Si vero mundum & multum, proportio iam inuenta est. Immundum vel mundum per extractionem licinij, quod in foramine aludel possum est, secundum enim quam quantitatem mundiciam vel inmundiciam ex sublimando respexerit artifex adhelicte licinio, syllogisare poterit, & in tota sublimatione necessario proportionalem ignem, & ex hoc ignis rectificationem inueniet, sine fallacia. Melior vero modus fecum est, ut sumantur ferris squame, vel cris combusti. Et haec quidem propter priuationem multe humiditatis, de facilis sulphur aut arsenicum sibi imbibunt, & secum vniunt, huius autem veritatem sit exercitatus solus.

SERMO SUBLIMATIONIS ET RECTIFICATIONIS sulphuris & arsenici. Caput. xlij.

EX PEDIT ergo rectificare artificem nos in quibus contingit omnibus errare ignoranter in horum duorum spirituum sublimatione. Narremus igitur primo, qd si multas feces posuerit; tunc si non augmentauerit ignem proportionalem: nihil ex sublimando ascenderet. Quomodo autem illum inueniat: iam sibi sufficienter narratum est. Et si paucam fecum quantitatem: vel non ex corporum calce posuerit: tunc et si illius proportionem non inuenierit: ascendet sublimandum cum tota substantia. Et huius tradidi similiter inventionem sufficientem. Ex fornace vero & similiter contingit errare. Nam magna forma magnum dat ignem, paruum vero parua: si ligna & foramina auricularum eis proportionantur. Si igitur posuerit multam rei ad sublimandum

si ignis fuerit fortis,
nece vero multa
nangam nullam
sit at idem inde
magnum perfractum

R NACES



quantitatem in paruam fornacem: ignem elevationis sufficientem non poterit exhibere. Si vero paucam quantitatem in magnam fornacem: sublimationem exterminabit propter ignis excessum. Similiter vero spissa fornax conculcatum & fortem dat ignem: tenuis vero rarum & debilem: in quibus similiter errare contingit. Similiter vero & cum spaciois auriculis furnus & clarū & magnum dat ignem: cum strictis vero debilem. Item etiam si maior fuerit vasis in coaptatione ad furnum distantia a spondilibus eius: magnum dabit ignem. si vero minor: minorem. In quibus omnibus contingit errare maxime. Rectificatio ergo horum est: ut furnus scilicet construatur secundum intensionem ignis quam querit: spissus scilicet. cum liberis auriculis, cum distantia vasis aludel multa a spondilibus furni: si magnum querit ignem. Si vero mediocrem: mediocrem in his omnibus inueniat proportionē, si vero debilem proportionem in his eidem inueniat. Et has proportiones omnes docebimus te inuenire cum proportione vera & experientia determinata. Si igitur volueris multam sublimationis quantitatem eleuare: tunc vas aludel tante capacitatē inuenias quod illam suscipiat super fundum, ad elevationem vnius palme. Ad illud coaptes furnum q̄ suscipiat aludel in medio sui: cum distantia parietum suorum per duos digitos. Et furno facto: facias illi decem auriculas æquedistantes proportionē una, vt una æqualitas sit ignis ad omnes partes illius. Tunc vero stipite ferreo in medio fornacis ex transuerso in spondilibus eius firmato: qui a fundo fornacis distet ad extensionem vnius palme cum pollice suo. & ad spissitudinem vnius digiti: super eo firmetur vas aludel: & circumliniatur ad furnum. Cuius formam presens demonstrat descriptio. Tunc vero si bene & libere se expediuerit de fumo, sitatibus, & flamma libere per totum furnum transiuenter in circuitu aludel, tunc bene proportionatum est. si vero non, non. Et tunc dilata eius auriculas. & si emendantur: bene quidem. si vero non: tunc necessario relinquitur, q̄ distantia aludel a parietibus parua est. raddantur ergo parietes, & amplietur distantia: & postea temptetur. Rei teretur ergo ampliatio auricularum & rasura spondilium, quo usq; libere se absoluat a fumo: & flamma in circuitu aludel sit lucida: & ignis flammam.

D iij

Furnis
Aludeli
figurati
in fronte
huius oper
& T. fol. p

LIBER

& dilatationis auricularū eius: & distantiae aludel a parietibus eius:
Inuentio vero spissitudinis furni est: q̄ si quesieris magnū ignem:
maior spissitudo illius sit, ad mensuram extensionis palme cum pol-
lice suo. si vero mediocrem: ad mensuram vnius palme. si vero mi-
norem: ad spissitudinem duorum digitorum formetur. Similiter ve-
ro ex lignis elicatur proportio. quoniam ligna solida fortem dant
ignem: ipongiosa vero debilem: sicca magnum & cito terminabile.
Consideratione ergo distantiae aludel: & magnitudinis & paruitatis
auricularum. & spissitudinis & tenuitatis furni & lignorum diuer-
sitas praemissa, accedit omnium ignium diuersitates perquisiri, cum
experiencia sua vera. Ex conclusione vero maiore vel minore auricu-
larum, vel fenestre furni: per quam ligna intromittuntur: & admis-
tratione lignorum diuersitatis: & additione & subtractione illorū,
accedit inueniri determinatum spacium temporis durationis ignis
scilicet ut scientia determinata sciatur, quantum vniusquisq; ignis in
suo gradu perdurare poterit in æqualitate. Et hæc inuestigatio est
maxime tibi utiles & necessaria, quoniam per eam excusabens a mul-
titudine laboris immensi. Exercitus igitur in ea & in omnibus a
nobis nunc nouissime determinatis. quoniam qui se exercuerit inue-
nit, qui vero non: non. Inuentio vero valis aludel est: vt fingatur
vas de vitro spissum. de alia enim materia non valet: nisi forte & si-
milis esset substantiae cum vitro spissum, solum enim vitrum & si-
bi simile: cum poris careat, potens est: spiritus tenere ne fugiant, & ex-
terminentur ab igne. Alia autem materia nulla: quia per poros eo-
rum successiue diminuuntur & evanescunt spiritus. Nec eti-
am & metalla in hoc valent, quoniam spiritus propter ami-
ciam eorum & conuenientiam illa penetrant, & secum
viantur, quare per illa transeuntes evanescunt, quod
per ea quæ a nobis determinata sunt, aperte pro-
batur. Necessario & experientia repertum est
hoc nos verum dixisse, ergo per aliquod
non excusamur a susceptione vitri
in compositione aludel.

operv
enorum

ictes. *N*
45 *vas quale*
VDEL
TREVM

planum in
endo T. cap. xlv.



Fingatur ergo concha vitrea rotunda : cuius fundus sit parue curvatus; et in medio spondiliū eius formetur zona vitrea circundans eam. & super illam zonam fundetur paries rotundus equidistantis a compo pariete ad grossitudinem cooperuli ipsius conchæ : ita q̄ in distantia hac cadat paries coopertoriū large sine pressura. Altitudo vero huius parietis sit ad mensuram altitudinis parietis conchæ : aut parum plus; aut parum minus. Formentur vero duo coopertoria ad mensuram huius concavitatis duorum parietum æqualia. quorum longitudo sit æqualis: & sit unius spanne. & figura eorum figura vna. scilicet piramidalis. in quorum capitibus duo æqualia sint foramina unum. scilicet in uno: alterum in altero. in quibus ambobus possit caderre maior galline pena: ut hic & paulo post clarior cernere licebit. Est ergo conche vasis intentio: ut possit moueri secundum artificis voluntatem coopertorium illius. & q̄ iunctura sit ingeniosa: per quam si ne lutatione aliqua non pateat spiritibus egressio. Qui ergo in hoc potest magis ingeniar: nō excusat se ab hoc per nostram traditionem. Et est specialis intentio super hoc. scilicet ut concha inferior cu spondilibus suis usq; ad medium subintret coopertoriū suum. Cum enim humorum sit ascendere, & nō descendere: per hoc inuenimus inuentione prima: spiritus non habere ad consumptionem exitum: & per hunc præcedens modos alios quos inuentione nostra quesuimus.


*Nota de Inuentione
fibrae*

LIBER

Ethoc experiendo videbunt nos verum estimasse de illo. Intentio vero & vna est, ut sepiissime evacuetur aludel caput, ne praenimia sublimandorum multiplicatione in illud, cadant ad illius fundum, & reterreat multitudo reiterationis sublimationis occupatum longo tempore. Est & similiter intentio altera, vt semper scorsum separetur, quod sursum ad propinquitatem foraminis capitatis aludel ascendit in puluerem, ab eo quod fusum & depresso in frustis & apud fundum illius peruum & clarum cum adherentia ad vasis spondilia consenserne inuenitur. quoniam hoc minus haberet adustione, qz quod prope foramen reperitur scandisse. hoc autem in superioribus aperient probatur ratione videlicet & experimento. ¶ Probatio vero bonitatis & perfectionis sublimationis est iam dicta. Et est ut inueniatur clara & lucida & non aduratur cum inflammatione, hæc est ergo perfectio intentionum sublimationis sulphuris videlicet & arsenici. Et si non inuenta est sic, reiteretur opus super illa, cum consideratione omnium suarum intentionum, quousqz sic inueniatur.

SERMO IN SUBLIMATIONE mercurij.

Caput. xlv.



VNC VERO tota intentione ar. vi. sublimationem determinemus. Est igitur completa summa illius depuratio terretatis, & remotione aqueitatis illius. Exculsamur enim a labore eius adustionis remotionis, quoniam eam non habet. Dicimus igitur quoniam ingenium separationis superflue terræ ipsius est, ipsum commiscere rebus cum quibus affinitatem non habet, & sublimationem eius reiterare ab eis multotiens. Et harum genus est tale, & calx corticum ouorum & marmoris albi, similiter & vitrum minutissime tritum, & salis omne genus preparatum. Ab istis vero mundatur; sed a rebus habentibus affinitatem cum eo corruptitur potius; quia sulphureitatem habet omnia talia; quæ ascendens cum eo in sublimatione, ipsum corruptit. Et in hoc experientiam vides: quia si sublimas illud a stagno vel a plumbo: ipsum post sublimationem infectum conspicies nigredine. Ergo melior est eius sublimatio per ea cum quibus non conuenit. Cum quibus conuenit, melior esset: si sulphureitatem non haberent.

Ideo a calce melior est sublimatio, q̄z a rebus omnibus, quoniam illa parum conuenit: & sulphureitatem non habet. Modus vero re motionis aquætatis sue superflue: est ut quando cōmiseretur calcibus a quibus sublimari debet, iteratur & cōmiseretur illis, cum imbibitione, quousq; de illo nihil appareat: & postea super ignem lentissimū aquætatis imbibitionis remouetur, qua recedente, & secū ar. vi. aquætatis recedit, sit tamen ignis tam lenis, vt per eum ar. vi. tota substan tia non ascendat. Et multiplici igitur reiteratione imbibitionis, cum cōcritis, & leni assatione aquætatis illius maior deletur, cuius residuum per sublimationis reiterationē remouetur. & cum videris illud albissimum, præ excellens riuem albedine sua, & quasi mortuum valorem spondilibus adherere: tunc super ipsum reitera sublimationē sus am sine fecibus (quoniam adheret pars illius fixa cū fecibus & nunq; per ingeniorum genus aliquod, ab illis separari posset) aut post illud, figas partē illius: & modum fixionis eius in sequentibus narratum tibi expresse trademus. & cum fixeris illam: tunc reitera sublimationē residue partis supream, vt illa similiter figatur. & serua, quod tentabis super ignem, si fusionem bonam dederis: tunc sufficiēt sublimationem ad illud ministrasti. Si vero non: adde illi de ar. vi. sublimato partem aliquam: et reitera sublimationem, donec fiat, qd; et si lucidū albissimum habuerit colorē et peruum: tunc bene mundasti. si non: non. Igitur ne sis in preparatione illius, quæ per sublimationem fit, negligens, quoniam qualis erit mundatio: talis et perfectio per illud sequitur in profectione illius super vnum quoq; imperfectorum corporū: et super ipsum viuum non preparatum. Vnde et quosdam contingit ferrum: quosdam vero contingit plumbū: et quosdam per illud venerem: & quosdam stagnum formare, quod contingit propter purificationis negligentiam, quā doc̄ illius solus: quandoq; in sulphuris sibi admixti, & eius comparis. Si igitur directe sublimando mundaueris, & illud perficeris: erit albedinis pinctura firma & perfecta, cui non est par.

SERMO IN SVBLIMATIONE.

Marchasita. Caput. xlvi.

SUFFICIENTER igitur sublimationis ar. vi. summa infectionis tradita: nūc ad ipsius Marchasitæ sublimationem accedimus. Due attamen sunt illius sublimationes. Prima quidem sine ignitione

(calx vel cartie
vel marmoris)

quid agendum post
perficit albedinem

T. cap. seq. &c
in secunda pa
cap. 52.

Vita quæ cre
et mutat plu
minatione

14

AR

LIBER

fanta Marchar
 c. Quobus
 Cap. 73. N
 o Prost
 ipm.
 ian ut vnu
 et
 lervurij ex
 Marchafsta
 & tanha jubbli
 maho.

perficitur. Alia vero cum ignitione, & illud ideo. Habet enim duplē substantiam, unam, scilicet sulphur purum in natura sua, aliam vero ar. vi. mortificatum. Prima utilis est, sicut sulphur, secunda vero utilis, ut ar. mortificatum, & mediocriter preparatum. Assumamus igitur hanc ultimam: quoniam per illam excusamur a superiori ar. vi. & a labore mortificationis eius. Est igitur totus modus sublimationis illius: ut teratur, & in aludel ponatur: & sublimetur sine ignitione sulphur eius, semper remouendo quod ex illo sublimatur sepiissime propter causam dictam: & augendo ignis vigorem usque ad ignitionem aludel. Et prima sublimatio marchalitae debet fieri in vase sublimationis quo usque sulphur recesserit: & postea in isto successiue & ordinate procedere quo usque totum quod in ea de sulphure constat exierit. Quod probare poteris his manifestis experientijs. Nam cum totum illius sulphur fuerit eleuatum: videbis album colorem, quod post illud sublimabitur mutatum albissimum: mixto celestino eiusdem colore albissimo & ameno. ¶ Aliter, & quoniam quod erit de sulphuris natura, comburetur, & flammā dabit ut sulphur: quod vero secundo post illud sublimatum fuerit; nec inflamabitur: nec proprietates sulphuris ostendet aliquas: sed viui argenti mortificati in sublimationis reiteratione.

Illud ergo colligamus per summum sublimationis modū: qui est: ut fiat vas terreum solidissimum & bene coctum ad longitudinem medię staturae virilis, ad latitudinem vero per quam manus subintrare possit. & fiat fundus eius qui separari & coniungi possit ad similitudinem unius planè parapsidis unius profunde multum. Et mensuretur ab orificio illius vasis usque prope fundum ad mensuram longitudinis unius manum cum digitis suis. Et de illo loco usque ad caput eius vitrificetur interior vas vitrificatione spissa multum. Et super caput illius





ponatur alembicus cū lato naso . in tali enim vasæ sublimetur illud .
 Coniungatur igitur fundus in vasæ suo per lutum firme tenacitatis .
 & super ipsum fundum spargatur marchesita . & super caput vasæ
 alembicus lati nasi . & ponatur in fumnum : de cuius proprietate sit,
 fortè ignitionem dare , fusionis . s. argenti vel veneris , si artifex in-
 diguerit (quæ posuimus in summa nostri operis , ybi diuersitates
 omnium instrumentorum narrabimus tibi sufficienter) & caput fur-
 ni circundans cum rota habentे foramen in medio sui ad magnitu-
 dinem vasæ , per quod illud vas intrare possit . Et luta iuncturas in
 circuitu vasæ & furni , ne ignis extens impedit te , & sublimatiōis ad
 herentiam , relictis tantū quatuor fenestrīs paruis in rota ; quæ clau-
 di & aperiri possint : per quas mittantur carbones in furnum . & in
 lateribus fornaci similiter aliæ quatuor sub illis intermedij , per
 quas & similiter carbones mittantur . & sex vel octo foraminibus ad
 magnitudinē digitū minoris : quæ nunç claudantur , ut per illa fur-
 nus a fumositatibus scilicet possit expedire . Et sint foramina illa in

E

LIBER

ſimctura fumhi cum rota sua. Fumus vero magnē ignitionis est. Cuius spondilia ſint ad altitudinem cubitorū duorum. In medio ſit rota, minuiflimis & ſepiſlimis perforata foraminibus cum luto fortior annexa. Capita foraminum ſuperius ſint ſtricta; inferius vero laeta; ve cinis vel carbones poſſiſt liberius ex illis cadere; et relinquit ipſa continue ad fuſceptionem aeris liberius aperta. Nam aeris libera & multa fuſceptione per inferiora foramina, eſt cauſa una magnē ignitionis per fumhum. exerciteris ergo in eo; & iplum inuenies. Caufa vero longitudoſis vafis eſt: vt extra ignem multa quantitas eius exten- datur & infrigidetur: vt fumi ſublimationis locum refrigerij inueniant, & adhærent: & non inueniant viā fugę & fuæ exterminationis. Hoc autem nouit ille, qui dum ſublimasset in breuibus aludel: nihil ex ſublimato inuenit. quohiā propter breuitatem aludel æqualis fuie per totū iplum ignis. Ideoq; ſemper in fumi ſubſtantia conuerſum ſublimandum, ſtetit, & non aliter adhesit; ſed ſucessive per poros vafis euauit. Vas ergo in omnibus ſublimandis ad maiorem ſuī par- tem in loco ſuī refrigerij extenditur. Caufa vero vitrificationis vafis eſt: ne fumi ascendentis in loco fuæ ascensionis, porosum inueniant aludel parietem; & per illū penetrantes aufugiant. Vitrificatur ergo locus ascensionis illonū: vt reſeretur illis via fugę. fundus vero aludel non: quoniā iplius fundus in igne conſtitit: qui vitrificationem ipli ſunderet, qua fusa & fundus eius; et ſimiſiter ſublimandum fun- deret, & vitrum fieret. Eſt enim vitri proprietas, omnia vincere, & ad ſe conuertere. His igitur ornatibus conſideratis cum cauſis corū: ſiat ignis ſub aludel quo uſq; certificatus fueris experientia veridica: il- lud totū ascendiffe. Eſt autem experientia, intromiſſio baculi terrei bene cocti, habentis forame paruum in capite ſuo, viſc̄ ad medium eius veniens, ad quantitatē digiti minoris prope ipsam rem a qua ſit ſublimatio. Et ſi foramina aliquid adheserit ex ſublimando, non eſt totum ſublimatū. Si vero non: ſublimatum eſt. Et hac eadem exer- citatione in ſublimandis certificari poteris omnibus. Descriptio ve- ro vafis aludel ſublimationis marchaſitæ ultimæ: & cum fornace, & baculo fuæ experientiæ haec eſt.

SERMO IN SVBLIMATIONE magnesiae & tutiae.

Caput. xlviij.

Sublimationis
Magna &
Tutia



VBLIMATIONIS vero magnesiae & tutiae est eadem intentio cum intentione ultime marchasitae sublimationis. Non enim possunt haec omnia sine ignitione sublimari. ideoque omnia unam intentionem habent cum causis eisdem & experientijs eisdem: & habent unum ordinem generalem. quoniam sine fecibus sublimari debent, quæcunque sublimari cum ignitione necesse contigerit: quoniam in seipsis feces habent sufficietes: immo superfluas. & huius signum est difficultas suæ sublimationis. Sublimantur etiam similiter omnia corpora a perfectione diminuta hoc eodem ordine: & non cadit diuersitas aliqua, nisi quia ignis sublimationis vehementior est in corporibus quam in magnesia marchasita et tutia. Et non diuersificantur similiter corpora in sublimationibus suis: nisi quædam indigent admixtione rei subleuantis ea, quædam vero non, ut facilior fiat eorum eleuatio. Sed una tantum specialis in corporum consideratio sublimatio experientia repta est bona: videlicet ut in fundo aludel non sit multa corporis sublimandi quantitas. quoniam multitudo sublimationem impedit. & planicies sit in fundo aludel sublimationis: & non concavitas: ut possit æquale & tenuiter super fundum sparsum corpus æqualiter et multum in omnibus suis partibus eleuari. Corpora vero indigentia admixtione rei eleuantis, sunt. s. venus & mars: propter suæ fusionis tarditatem. Venus itaque tutia: Mars vero arsenico. & cum his eleuantur defaciens: quoniam cum eis maxime conueniunt. Fiat igitur post illorum considerationem sublimatio, ut in tutia & sibi similibus in sublimatione. & disponetur eorum sublimatio hoc eodem ordine cum causis suis & experientijs.

SERMO IN DESCENSIONE.

Caput. xlviij.

NARRATIS itaque sublimacionis intentionibus cum causis suis omnibus: restat nos descensionis modum monstrare, cum causis suis similiter & suo ordine determinato & completo. Fuit ergo inuentio nis causa illius triplex. s. ut cum materia aliqua inclusa est in illo vase quod vocatur descensorium vel thymia: post fuso Vas Thymum E

LIBER

sionem eius descendat per foramen illius. & per eius descensionem simus certi, fusionem suscepisse. Alia: ut corpora a combustionē preseruentur post reductionem a calcibus eorum. Nam cum a calcibus corpora debilia attentamus reducere: non omnem illorum partem tempore uno reducere possumus. Si igitur pars illa quae primo in corpus reducta est, reductionem totius expectaret; per ignem evanesceret maior illius quantitas. Necesse igitur fuit ingenari: ut cum statim reducta est pars, ab igne deponatur. Hoc autem per descensorium fit. Est & tertia causa inuentio*nis* illius, corporum depuratio ab omni re extranea. Descendit enim corpus fusum mundum: & omnem rem extraneam in concavitate illius dimitit. His itaque tribus necessitatibus inuenta descensione, determinetur modus illius cum instrumento suo prius notificato cum causis suis. Dicimus igitur quod forma eius est quod fundus illius sit acutus & parietes illius sine scopulo æqualiter sint determinantes in fundi acuitatem ut possit unumquodque fusibilem libere sine adherentia ad fundi illius foramen descendere, & cooptorium eius si necesse sit ad similitudinem planè parapsidis, & bene conueniant illi, & sint de bona & firma terra, & non de facili per ignis pressuram fundente. Mittatur igitur res, cuius intentionis sit descendere in illud super baculos rotundos ex terra factos, ut magis fundo superiori approximetur, & cooperiatur cum eo, & iunctura firmetur, & in igne de carbonibus posnatur, et super ipsum suffletur, quo usque tota res descendat in vas sibi suppositum. Potest tamen si res fuerit difficilis fusionis ponit super tabulam planam, vel parue cōcauitatis a qua possit de facili descendere cum inclinatione capitis descensorij si fusa fuerit. Purificantur enim per hoc corpora. Sed per pastillū melius purificantur, cuius modus purificationis est idem cum modo purificationis descensorij. Et ideo per illum excusamur ab eo. Tenet enim feces corporū ut descensorū, & melius: & ideo narramus modum illius. Dicimus igitur quoniā accepimus corpus de cuius intentione est mundari, & illud in grana minutissima vel limaturam, vel in calcem, quod perfectius est, redigimus, & ei commissemus calcem aliquam de cuius intentione non sit fundi, & post illud fundamus. Inuenimus enī per illud corpora mundari multa iteratione, sed non mundificatione perfecta, quā perfectiōnem scimus esse, sed mundificatione utili ut medicina suscepta perfectionis melius & perfectius per eam transformatur corpora. Est

DISCUSS.

enim administratio præcedens causam. omnē enim administratio
nem sufficienter in sequentibus tibi narrabimus. Nunc vero descen-
sori ponamus descriptionem. Conueniens est igitur ut sequentes
propositum nostrum sermonē de distillatione tradamus cum causis
suis. Est igitur distillatio vaporum aqueorū in suo vase eleuatio. Di-
uersificatur utiqz distillatio. Nam quædam est per ignem: quædā
vero sine igne. Quæ vero per ignem fit, duoru generum inuenitur.
Quædam est per eleuationē in alembicū: quedam p descensum chi-
mīæ: qua mediātē oleum ex vegetabilibus elicit. Causa quare inuenta
sit distillatio, & causa generalis inuentionis eius licet distillationis est
purificatio liquorosi a fecæ suæ turbulentæ & conseruatio illius a
putrefactione. Videmus enim rem distillatam quocunqz distillatio
nis genere puriorem effici, & melius a putrefactione custodiri. Cau-
sa vero specialis inuentionis illius quæ per ascensum fit in alembico
est inquisitio aquæ pure sine terra, cuius experientia est, q̄ vides aquā
bis distillatam nullā fecem habere. Causa inuentionis aquæ puræ fu-
it imbibitio puluerum medicinarū mīndarum: vt si quando. s. in-
digemus imbibitione: aquā puram habeamus: quæ fecem post ipsi
us resolutionem non dimitat, qua fece medicinæ nostræ, & spiritus
mundati possint infici & corrumpi. Causa vero inuentionis eius, quæ
per descensum fit, fuit olei puri in natura sua extractio, quia per ascen-
sum oleum in natura sua combustibili haberri non poterat, et huius
modi inquisitio fuit. s. vt color eius, qui cum substantia sua permis-
sus est, habeatur. Hic enim iuuare potest in casu. Distillationis ve-
ro quæ per filtrū sine ignitione perficitur causa inuentionis, fuit aquæ
sola serenitas. Dicamus omniū distillationū modos, cum causis su-
is. Eius itaqz quæ per ascensum fit, est duplex modus. Alia enim fi-
stili olla cineribus plena perficitur. Alia enim cum aqua in vase suo
cum graminibus vellano sitate, ordine suo disposita, ne cucurbita vel
distillatorius alembic⁹ rumpatur anteqz ad perfectionem deducitur.
Ea vero quæ cum cineribus maiore, & fortiori & acutiori perfici-
tur igne. quæ autē cum aqua, mansuetō miscibili & æquali. Aqua
enim acuitatem ignitionis non suscipit: quemadmodū cineres. Ideo
per eam quæ cum cineribus fit, colores & grossiores terreas partes ele-
uari contingit. Cum ea vero quæ cum aqua, subtiliores & sine colo-
re & ad naturam aquætatis simplicis approximantes. Magis subti-
lier ergo fit separatio per eam quæ aqua perficitur, q̄ per eam quæ

E iij

ob Agua
haberN: Ad imbi-
pulueDescent
Ob oleū p
& colorēPer filtri
ob seren.
aguæ

Ascensus

LIBER

cineribus elicetur. Experientia hoc notuit verum esse: qui cū distillat
 oleum per cineres, oleum vix alteratum suscepit in recipientem. Vo
 lens vero partes eius separare: ad id necessitate peruenit: ut contingat
 per aquam distillare. & tunc per eius reiterationem separauit ole
 um in partes suas elementales: ut albissimam & serenissimam aquam ex
 rubicundissimo extraxisset oleo, remanente in fundo alem. totaliter
 illius rubore. Per hoc ergo magisterium ad omnis rei vegetabilis, &
 eius quæ ex vegetabili possunt in esse, & omnis rei cōsimilis, ad omni
 um determinata elementorum separationē peruenire necesse est. Per
 eam vero quæ per descensum, ad cuiuslibet rei oleum perueniri deter
 minate potest. scilicet vegetabilium omnium, & eorum cōsimilium.
 Per eam vero quæ per filtrum ad cuiuslibet liquorosum serenitatem per
 ueniri potest. Hæc autem omnia minime scientibus sunt manifesta
 & nota. qui vero haec ignorat; nihil ex hoc notuit magisterio. Exerci
 tetur igitur & de facili ea inuestigabit. Dispositio igitur eius quæ
 per cineres fit, est: ut sumatur olla fortis ex terra, et coaptetur in furno
 simili sublimatiōis furno
 præfato cum eadem distan
 tia a furni spondilibus, per
 eandem inuestigationē, &
 similibus auriculis, sup cu
 ius fundum ponātur cine
 res cribellati ad digitī spissi
 tudinem: & super ipsos ci
 neres ponatur vas distilla
 tionis: & cooperiatur in cir
 citu eius cum eisdē, vscqz
 prope collum alembici: po
 stea vero infundatur in il
 lud res, de cuius intentione
 sit, sic distillari. Ultimo ve
 ro cooperiatur illud cum
 alembico: cuius collum sus
 cipit collum cucurbitæ infe
 rioris intra se, vscqz ad curui
 tam cannalis ipsius alembici: ne viam fuge inueniat distillandum.
 & postea luteatur alembicus cum cucurbita sua: & firmetur eorum



sunctura; & supponatur ignis quousqe distillet. Alembicus vero & eius cucurbita de vitro sint. Ignis vero illius augeatur ei secundum exigentiam distillationis quousqe videatur totur distillandum, cum magna ignis expressione distillatum esse. Secunde vero intentionis sublimationis dispositio, quae per aquam sit; est similis huic in vase & alembico. Differt autem ab ea in hoc: quod sumitur in hac olla ferrea vel enea, & coaptatur ad furnum, ut dictum est. postea super fundum illius olle stratum de graminibus, vel lana, vel re consimili construatur, ad spissitudinem trium digitorum; ne cucurbita frangatur. & eisdem graminibus, vel rebus consimilibus cooperiatur in circuitu cucurbita usqe prope collum alembici. & super ipsa stramina virge subtile superpargantur. & super virgas ponantur lapides ponderosi, qui suo pondere cucurbitam & alembicum & ipsa stramina desprimant. & depressa firmiter & stabiliter teneant super olle fundum ne natent levigata per ipsam aquam; & sit levigatio hae*c*a*s*a*f*actu*r*e*v*as*s*, & distilland*e* rei perdit*io*, postea vero inter stramina fundatur aqua, usqe ad olle plenitudinem; & supponatur ignis, quousqe distilletur totum.

¶ Dispositio vero eius quae per descensum fit, est: ut fiat descensarium vitreum, cum cooperitorio eius; & luetetur vtrunc*o* & intromittatur quod sic distillari quis intendit. & fiat super caput illius ignis. descendet enim distillatio eius.

¶ Dispositio vero eius que per filtrum fit, est: ut ponatur liquor distillandus in conch*ā* lapidea*m*; & filtri bene abluti & madidi ponatur pars latior in dictum liquorem usqe ad fundum conch*ē*. Perideat vero exilior pars eius ab orificio conch*ē* extra; & sub capite illius filtri ponatur vas recipiens distillationem. Cum ergo distillare ipsum filtrum inciperit primo aqua distillabit, qua madidum fuit. qua cessante; succedit illi liquor distillandus: qui si nō serenus fuerit: totiens ad concham reveratur; quousqe serenissimus distilletur. haec aut quia facilia sunt o*fa*:

E iiij



*Per agnam
modus*

*Per Descentum
modus*

Per Filtri

LIBER

magna probatione non indigent; ideoq; eorū probationē siluimus;
¶ Descriptio vero omnium vasorū distillationis cui uslibet a nobis nunc tradetur, in summa nostra perfecti magisterij perfectius.

SERMO IN CALCINATIONE.

Caput. xlix.



OSTIGITVR distillationis narrationē sermonem nostrū tradamus de calcinatione. Estergo calcinatio. rei per ignem puluerisatio: expriuatione humiditatis partes consolidans. Causa inventionis eius est, ut sulphureitas adustiuā corrumpens & defedans per ignem deleatur. Diversificatur vero secundū diuersitatem rerū calcinandarum. Calcinant̄ igitur corpora: & calcinantur spiritus & res alię extraneę a natura horū: diuersa vero intentione. Quia igitur sunt corpora imperfecta duorū scilicet generū. Dura videlicet: vt Venus & Mars. Mollia vero: vt Iuppiter & Saturnus: quae omnia calcinantur. necesse fuit illa diuersa intentione calcinari: speciali. s. & generali: at tamē vna intentione calcinantur. Et est: ut sulphureitas illa corrumpens & defedans deleatur per ignē. Hic enim cōburitur omnis, ex quacunq; re sulphureitas adustiuā: quae sine calcinatione deleri non potest. quoniā ipsum corpus solidum est: & propter soliditatem & latitationē sulphureitatis in continuitate substantiæ ar. vi. defendit̄ per illud ab adestione. idēoq; necesse fuit cōtinuitatem separare: ut ignis liberius ad quācunq; minimam eius partem perueniens, sulphureitatem ex eo comburere possit: & non defendat ipsum continuitas ar. vi. in illo. Eēst cōmunitio intentio similiter in illa depuratio terreitatis. Inuentum est enim, q; corpora per reiterationem calcinationis & reductionis mundaniorum mollium est: vt cum his duabus intentionibus sit intentio per eam illa indurare & ignire. ad quod peruenit̄ cum ingeniosa reiteratione calcinationis super illa. de qua in sequenti traditione determinare nobis expedīt. Inuenimus enim per id ingenium manifestæ ipsa indurari. Sed manifestius & citius Iuppiter induratur. Causa vero intentionis calcinationis spirituum est: ut ipsi melius figantur, & facilius soluantur in aquam. quoniam omnē calcinati-

CLINATIONIS
definitio.
aug.

sulphureitate

mundatione cor-
porum

induratione
mollium & igni-
tione.

spirituum calci-
natio.

calcinati genus fixiss est q̄z nō calcinati: & facilioris solutionis: quia
 partes calcinati magis subtilitate per ignem facilius cūm aquis cōmis-
 centur & in aquā conuertuntur. Et hoc si expertus fueris: sic inuenia
 es se habere. Calcinatio vero aliarū rerum facit ad exigentiam præpa-
 rationis spirituū & corporū. de qua latius a nobis determinabitur
 in sequentib⁹. Non aut̄ est de perfectione harum aliquid talium.
 Modus igitur ipsius calcinationis est diuersus propter diuersitatem
 calcinandorū. Calcinatur enim corpora aliter q̄z spiritus vel aliæ res,
 & corpora a se inuicem diuersa, similiter diuersimode calcinantur.
 Corpora enim mollia vnum modū habent generalem ad calcinatio-
 nis intentionem: scilicet, q̄ & ambo per solū possunt calcinari ignē:
 & per salis acutatē preparati vel non preparati ambo similiter. Pri-
 mus igitur modus sic perficitur: vt sumatur vas ferreum vel terret
 ad similitudinem parapsidis formatū, cuius structura sit firma & co-
 aptetur ad furnum calcinationis horū, taliter q̄ sub illo possint car-
 bones proici & sufflari. Proiciatur vero in fundū vas illius plum-
 bum vel stagnū, quod super tripedem ferreum vel tres lapideas co-
 lumnas sedeat firmiter: & ad furni sui parietes similiter firmetur qua-
 tuor vel tribus lapidibus coartantibus illud ad eos: ne vas moueri
 possit. Furni vero figura eadem sit cum furni forma magnæ ignitio-
 nis, de quo narratum est iam: & narrabitur similiter sermone com-
 pletiori. Accēdatur igit̄ in illo ignis sub vase calcinationis: ad ipsi-
 us calcinandi corporis fusionem potens. & cum ipsum corpus cūtem
 nigram super se creauerit, ignis calore, subtrahatur ab eo cūm pala fer-
 rea vel lapidea: quæ se non permittit comburi ad infectionem calcis.
 Hec aut̄ excoriatio tam diu continuetur: quousq; ipsum corpus in
 puluerem vertatur. Quod si saturnus fuerit: ad maiorem ponatur
 ignem: quousq; in citrinissimum mutetur colorem calx eius. Si vero
 Iupiter: similiter exponatur, & dimittatur, quousq; in albedinem
 mutetur completam. In hoc tamen sollicitum reddimus artificem:
 quoniam Saturnus de facili a calce sua redit ad corpus. Iupiter ve-
 ro difficillime. Ideoq; ne contingat illum errare in expositione sa-
 tum, post primam eius puluerisationem, ad maiorem ignem: ne
 prius redeat, q̄z perficiatur illius calx in corpus. quoniam temperan-
 tia ignis indiget, & successione augmenti illius paulatim, cum cau-
 tela, quousq; in calce firmetur sua, ne de facili redeat in corpus:
 ut possit illi maior ignis administrari, ad suæ calcis perfectionem.

Mollis calc.

Furnus mag-
 nus igni-
 tio-
 nis
 cuius p-
 r. in fronte
 bruis vel

Cantus circa

LIBER

Ne contingat similiter errare propter difficultem iouis reductionem, ut si quando posuerit in reductionem calcem eius, conueniat ei, q̄ non reducat; sed inueniat eam prioris dispositionis, aut in vitrum redactam: & estimet reductionē eius impossibilem. Dicimus enim, quoniam si in iouis reductione magnum non adhibuerit ignem, nō reducit. si vero magnum, non necesse illum reducere contingit. sed possibile illum in vitrificationem reducere. Et illud ideo: quoniam Iupiter in profundo suae naturae argentū viuum fugitiuā inclusam habet substantiam, quae si longam in igne cōtraxerit moram, fugiet: & corpus priuatum humiditate relinquet, quod potius aptum ad vitrificationem, q̄ ad corporis metallici fusionem converti reperietur.

Non enim propria priuatum humiditate, nullā nisi vitrificatoriam dat fusionē. Ideoq; necessario relinquitur: q̄ cū ignis impetu, maxime veloci, reducere celeriter festinet; aliter enī nō reducitur. Exercitetur ergo ad illud: & sciet. ¶ Modus vero calcinationis horum duorum corporum, quae a salis acuitate perficitur, est: vt proicia tur super faciem illorū, quantitas salis, post quantitatem, sepissime in fusione sua: & permisceantur agitatione multa, per baculum ferreum, super ignem, quo usq; per salis mixtionem in cinerem vertatur. & postea per eundem modum perfectionis perficiatur illorū calx cum suis considerationibus. Sed in hoc est etiam differentia in horū duorum corporum calcinatione. Quoniam plumbū ex primis calcinationis laboribus ad puluerem convertitur facilis q̄ Iupiter, non tamen perficitur illius calx facilis q̄ iouis. Dependet autem huius causa ex eo, q̄ saturnus humiditatem magis habet q̄ Iupiter fixam & maiorem terreatatis quantitatem q̄ Iupiter. ¶ Veneris vero & Martis est idem modus: diuersus tamen a primis. & illud propter liquefactionis eorum difficultatem. & est: vt laminati ponantur ad fortem ignitionē: de cuius intentione non sit fundere. propter enim multam eorum terreatatis in illis quantitatē: & multam sulphureitatis adustiū & fugientis mensuram, de facili in hoc modo adducuntur in calcem. & ideo quoniam ex multa terreatate argenti viui substantiae intermixta: turbatur argen. vi, debita continuatio, & ideo porositas in eis causatur: per quam & sulphureitas transiens euola re potest: & ignis ex causa illa ad eam accedens, comburere & eam eleuare potest. Per hoc igitur derelinquitur, & partes rariores fieri, & in cinerem per discontinuitatem rariatis converti.

manifesta igitur experientia huius est: quoniam exposita ad ignitio-
nem lamina veneris, flammā dabit sulphuream; et squamā in super-
fice sua causabit puluerisabilem. Etiā illud ideo: ex propinquiori-
bus enim partibus faciliorem sulphuris necessitatem cōbustionem fie-
ri. Modus vero furni calcinationis huius, est idem cum modo furni
distillationis: nisi q̄ foramen solummodo vñū magnum debet su-
per caput suū habere, vnde a fumositatibus se libere absoluat. & situs
calcinandorum, in medio furni sit: vt in circuitu libere ignem suscipi-
ant. Vas vero eius sit terreum ad formam parapsidis factum.

¶ Modus itaq; calcinationis spirituum est: vt eis ad fixionem ap-
proximantibus, administretur ignis, successiue & paulatim, illū au-
gendo, ne fugiantur, quo usq; maximū eos tollerare ignem cōtingat.
& vas eorū sit rotundum, vndiq; clausum: & furnus idem cū nouissi-
mæ dicto. Cum consimili autē furno: & consimile vase, omnis simi-
liter res calcinatur. Excusamur tamen a maiori labore, q̄ qui adhibe-
tur in custodia fugē. quoniam alia res nō fugit, nisi spiritus, & quod
spirituum naturae approximat. ¶ Descriptio vero omnium quæ
narrata sunt nouissimæ est hæc.


SERMO IN SOLVATIONE.

Caput.

L

E SOLVATIONE sermo noster amplia-
tus innuit: solutionem rei sicce in aquam esse
redactionem. Dicimus igitur, quoniam omnis
solutionis perfectio adducitur cum aquis sub-
tilibus & maxime acutis & acribus & ponici-
bus, fecem nullā habentibus: sicut est acetum
distillatum: & vua acerba: & pira multæ acri-
itudinis; & mala granata similiter distillata, &

his similia. Fuit autem causa inventionis eius, subtiliatio eorū, quæ
nec fusionem, nec ingressiōnem habent. de quibus magna veilitas
amittetur spirituum fixorū, & eorum quæ sūg naturæ sunt. Nam
omne quod soluitur, necesse est salis, aut aluminiis, vel eorum consi-
miliū naturam habere. Est autem natura eorum: quoniam fusio-
nem dant ante illorum vitrificationem. ergo & spiritus soluti, fusiō-
nem prestabunt similiter similem. Cum ergo multum ex natura
sua corporibus & sibi inuicem conueniant: habita fusione: neces-
se est, per illam corpora penetrare: & penetrando transmutare.



Furnus cal-
tronis
Situs.
Vas.

Calcinatio. Sp.

Vas.
Furnus.

SOLNTI

Causa

LIBER

Ad hoc vero sine magisterio non peruenitur, quod est, scilicet ut post solutionem & coagulationem illius administretur illi aliquis ex spiritibus purificatus, non fixus. & totiens ab illo sublimetur, quo usque secum maneat, & illi velociorem prestat fusionem: & ipsum in fusione a vitrificatione conseruet. De natura enim spirituum & corporum est, non vitrificari, & a vitrificatione commixtum saluare, donec in eo fuerint. Spiritus ergo qui magis naturam seruauit spiritus: magis a vitrificatione defendet. Magis autem seruauit spiritus solummodo purificatus; quia purificatus fixus calcinatus atque solutus: ideo necesse est illi admisceri. Resultat enim in his bona fusio & ingressio & fixio stans. Ex operibus autem naturae probare possumus: sola salium & aluminum & similiū natrā seruantia, solubilia esse. Non enim in operibus illius omnibus considerantes: inuenimus alia solui, praeter illa. Igitur quæcunq[ue] soluuntur: necesse est per illorum naturā solui per reiterationem calcinationis & solutionis. Ideo quæ probamus per illud, omnia calcinata ad salium vel aluminum naturā approximare. Ideo sese in proprietatibus necesse est concomitari. Modus vero solutionis & solutio*s* duplex est, scilicet per simum calidū & per feruentem aquā. quorum est una intentio & unus effectus. Modus ergo per simum est: ut ponatur calcinatum in ampullam vitream, & super illud fundatur quantitas aceti distillati, vel consimilis, dupli eius: & obturetur caput suum bene, ne respiret; & sub simo tepido triduo dimitatur. & postea per distillationem filtri, solutum remouetur. non solutum vero iterato calcinetur: & post calcinationem iterato similiter soluatur: donec per reiterationem operis super illud, totum soluatur. ¶ Modus vero qui per ebullientem aquam fit, velocior est. & est, ut calcinatum in ampullam similiter ordinetur cum aceto: obturato foramine, ne respiret. quæ in caldario pleno aqua & stramine sepeliantur: ut in distillationis modo per aquā preceptum accutimus per ordinem. & postea succendatur sub ea ignis: donec aqua per horam feruatur. Post hoc vero solutum distilleatur & seorsum ferueretur. non solutum vero, iterato calcinetur, & iterato eodem ordine soluatur: donec per reiterationem totum soluatur. Descriptio eius quod nunc dicendum est est, hæc est.

SERMO IN COAGULATIONE.

Caput. li.



C O A G U L A T I O est rei liquorosæ ad solidam substantiā, per humidi priuationē reductio. Est ergo duplex inuentionis causa illius. Una ar. vi. s. induratio. Altera vero inuentionis causa est, medicinā solutā ab aqueitate illis admixta absolutio. Diuersificatur ergo secundū ipsorum coagulandorum multiplicitatē. Alia enim ar. vi. coagulatione indiget, alia vero soluta, id est solutę medicinę. Est tamē ipsius ar. vi. duplex coagulatio. Una quidem per ablationem totius ab illo humidi innati. Alia per inspissationem ipsius humidi, quo usq; induretur. Congelare autam illud difficilime atq; laboriose ac cidet, cum profunditate perspicacis industriæ. Et nos narrabimus omne ingenium coagulationis illius. Ingeniū igitur coagulationis illius cogitauerunt quidā fore per conseruationē illius in ignis temperamento. qui cū illud putassent coagulasse: post remotionē eius ab igne inuenērūt illud fluere sicut prius. per hoc igitur in stupore & admirationē adducti sunt, vehementer arguentes, ad hoc pueniri nō posse. Alij vero necessario ex principijs naturalibus supponentes, humidum quodlibet ab ignis calore in siccitatem conuerti: conati sunt cum perseverantę instantia continuare illius conseruationē in igne. & per hanc continuationē ad hoc deuenerūt, vt ex eis aliqui in albū: aliqui vero in rubeum conuerterunt lapidē. aliqui vero in citrinum, cuius non fuit fusio, nec ingressio. Etharū diuersitatum causam nō potuerunt estimare, ideoq; illud abiecerunt. Alij vero cum medicinis illud coagulare conati, & ad hoc non peruererunt, sed accidit eis illusio: aut quia non coagulauerunt, aut quia insensibiliter extenuatum est, aut coagulatio eorū non fuit in forma alicuius corporis. & horū diuersitatis causam ignorauerunt: Alij medicinas artificiosas cōponentes, illud in proiectione coagulauerunt. sed eorum nō fuit coagulatio velis. quoniam ad imperfectū corpus illud conuerterūt. & causam huius similiter videre non potuerunt. Horum igitur nos narrare causas expedīt: vt ad coagulatiōis magisterium illius artifex perueniat. Vt aut iam a nobis sufficienter narratum est, vuniformis est substantiæ ar. vi. quare nō est possibile in breui spacio temporis per conseruationem illius in igne, aqueitatē remouere suā. Nimia igitur festinatio causa fuit primi erroris. cū vero subtilis sit substantiæ,

F

LIBER

ab igne recedit. Ignis igitur excessus, est causa erroris illorum, a quibus fugit. Comiscetur cu sulphure, arsenico, & marchasita de facili; propter communitatē in natura sua. ideoq; per illa apparet coagulatum, non in forma corporis; sed ar. vi. cum plumbō mixtum. Non enīa hec, cum fugitiua sint, possunt illud in ignis pugna tenere, quoūscq; ad corporis naturā perueniat, sed fugiunt secum per ignis incussio- nem, & illud ideo est causa erroris eorum qui sic coagulant. Habet utiq; similiter ar. vi. humiditatē sibi multam vnitā, quam ab illo se parari non est possibile; nisi per ignis cautā violentiam & per conser- uationē eius in suo igne. & est suus ignis, quē illi augmentando se- condū exigentiā suę tollerantę, illius humiditatē tollunt relicta sibi parte, ad fusionē metallicā sufficiente: qua remota non funditur. Et hæc est causa erroris illorum qui in lapidē illud coagulant non fus- bilē. Habet similiter partes sulphuris naturaliter sibi admixtas: quod dam tamen plus: quoddam vero minus, quod remouere per artificiū est possibile cōtingere. Cum igitur sit sulphuris proprietas cum ar. vi. rubeū vel citrinum, secundum mensurā suę quantitatis creare: eius ablatione, proprietas ar. vi. erit, albedinē dare per ignem. Hæc igitur est causa varietatis colorū illius post coagulationem eius in la- pidem. Habet similiter terreitatem sulphuris admixtā: quibus infi- ci omnes suas coagulationes necesse est. Et hec est causa erroris illorum qui illud in corpus imperfectū coagulant. Ex diuersitate igitur medi- cinarū illius coagulationis accidit, diuersa in coagulatione illius crea- ri corpora: & ex diuersitate illius similiter quod coagulandum est. Nam si medicina, vel illud, habuerunt sulphur nō fixum, necesse est corpus molle ex illo creari. Si vero fixum, necesse est durum, & si al- bum: albū, si vero rubeum, rubeū. & si remissum ab albo vel rubeo similiter necesse est fieri. & si terreum, imperfectū. Si vero non: nō. & omne similiter non fixum, liuidū creat: fixum vero nō, quantum in illo est. Pura vero illius substantia, purū creat corpus: non pura ve- ro econtra. Accidit etiā & similiter in solo ar. vi. absq; sulphuris cō- mixtione diuersitas eadem, propter diuersitatē mundationis & præ- parationis illius in medicinis. Ideoq; contingit ex parte medicinæ diuersitatis illusio. quandoq; in coagulatione illius plumbū. quan- doq; vero iupiter, quandoq; autē venus: & quandoq; mars: quod propter impuritatē accidit fieri. Quandoq; vero sol: quandoq; luna: quod ex puritate quenire necesse est, & consideratione colorum.

Coagulatur igitur ex frequenti illius precipitatioe cum violētia ad ignis asperitatē. Asperitas enim ignis, aqueitatē illius de facili remouet. Hoc enī sit per vas, cuius figura sit multæ longitudinis; in quo inueniens refrigerij locum adherentie & quietis in eius spondis libus, propter suā longitudinem, & nō fuge viā, quousq; iterata vi ce ad illius fundum præcipitetur multa caliditate ignitionis, cum rei teratione multa, quousq; fiat fixum. Coagulatur similiter ex diutue na retentione in suo igne, cum vase vitro, cuius collum sit multæ lon gitudinis, et in ventre figurā ampullæ habeat cum continua colli eius apertione, ut per illam possit humiditas eius evanescere. Coagulatur vero per medicinā illi conuenientem, & nos illam tibi narrabimus in sequentibus. s. in capitulo. lxxvij. apertius, hic vero & similiter: ut intentionem nostrā super illo narremus completā, secundum q; per nostrum inuenimus experimentum. Et est medicina illa quæ maxis me illi in profundo eius adheret, & ei per minima cōmiseretur ante il lius fugam. Ex rebus ergo ei conuenientibus necesse est illam colligere. Sunt autē huiusmodi corpora omnia, & sulphur vel arsenicū. sed quia nō videmus corporum aliquid in natura sua illum coagu lare, sed ab eis ipsum fugere, quantūq; fuerint suæ conuenientiae. Ideoq; considerauimus, nullum corpus illi in profundo adherere. Subtilioris ergo substantiæ & liquidioris fusionis necesse est medi cinam illā esse, q; ipsa corpora. Ex spiritibus etiā non videmus illis in natura sua manentibus firmam & stabile coagulationem fieri illi us, sed fugitiuam, & multæ infectionis, quod quidem contingit, alterūrum propter spirituum fugam, alterū vero ex terre & adustibilis sub stantiae illorum cōmixtione. Ideoq; ex hoc manifeste relinquitur, ex quacunq; re medicina illius elicittur, ipsam necessario debere esse subtilissimæ & purissime substantiæ: illi adherentis ex natura sua & facilimè liquefactionis, & tenuissimæ ad modum aquæ, & fixæ super ignis pugnam, hoc enī ipsum coagulabit, & in naturam solare vel lunarem cōuertet. Modos ingeniorum medicinæ tibi dedimus, ad quam per illos peruenire potes. & ipsum sermone sibi proprio de terminauimus. Sollicite igitur ad illam exerciteris, & eam inuenies. Sed ut nos nō increpare possis ex eius insufficiētia. Dicimus quoniam ex ipsis corporibus metallicis cum suo sulphure vel arsenico præpara tis, h ec medicina elicetur ex similiter solo sulphure vel arsenico præparatis, & ex solis similiter corporibus elici potest. Ex solo vero vi. ar.

Ex ipsis corporibus metallicis Invenies hoc sūr anno verū preparatiō hec medicina elicetur ex similiter solo amboveri

Manus - tres spiritus, 4. 5. 7.

LIBER

„ facilius, & propinquius, & perfectius inuenitur, quoniam natura pro
priam naturam amplectitur amicabilis, & ea gaudet magis quam extra
ne, & est in ipso facilitas extractionis illius substantiae subtilis, cum
iam in actu subtilem habeat substanciam. Modi vero inventionis
huius medicinæ sunt per sublimationem, ut a nobis narratum est suffi-
cienter. Modus vero fixionis illius in capitulo suo similiter narratus
est. Coagulationis vero solutorum modus est, per ampullam in ci-
meribus usque ad collum, cum temperato igne, quo usque aquitas eua-
nescat. ¶ Descriptio vero longorum vasorum hæc est, & eorum in
quibus sit omnis coagulatio.

SERMO DE FIXIONE. Caput. iij.

*XIONIS
definitionis
et
ausa*



*Sixto galvani et
argenti, sit per
reiterationem publi-
cationis in vase
aludel quo usque
gessit?*

*caue ne olio re-
manent materia in
fundo vasei sed per
in perpetuo motu
et elevatione, ut
aqua perficiatur*

XIO vero est rei fugientis ab igne conve-
niens adaptatio. Causa vero inventionis ipsius
fixionis est: ut omnis tinctura omnibus alteratio
perpetueretur in alterato: & non mutetur;
diversificatur vero & ipsa similiter secundum
renū figendarum multiplicitatē: quae sunt vi-
delice corpora quædā a perfectione diminu-
ta: sicut saturnus, iupiter, et venus. & secundū
diuersitatē ipsorum spirituum: qui sunt, scilicet sulphur & arsenicū in gradu
suo: & ar. vi, in alio: in tertio vero marchesita, magnesia, & tutia, &
horum similia. Figuntur igitur corpora hæc a perfectione diminuta
per suam calcinationem: quoniam absoluuntur per eam a sulphureita-
te volatilia & corruptente. Et hanc sufficienter in sua narravimus
oratione. scilicet in capitulo calcinationis. Figuntur ergo sulphur & arse-
nicum duobus modis, scilicet per reiterationem sublimationis super illa
in vase aludel quo usque stent. Est igitur ex hoc intentio festinationis
fixionis illorum, ut ingenieris ad inventionem multiplicis sublimatio-
nis reiterationis in brevi tempore, quod per duo sit aludel cum du-
plicibus suis cooperulis hoc ordine. scilicet ut nunc ab actu sublimatio-
nis desistat, donec fixa fuerint. Proiciantur ergo cum in uno alcen-
derunt, in aliud aludel. & sic alternata vice fiat: & nunc ociola per-
mittentur aludel spondilibus adherere, quin in continua linte ignis
elevatione, quo usque cesset illorum elevatio. Quantocunq; enim in bre-
uiori tempore poteris multiplices sublimationis reiteratione multi-
plicare: tanto celerius & melius contingit ipsius fixionis tempus
abbreviare. Ideoq; fuit secundus fixionis modus inuentus: qui

est per ipsius sublimandi præcipitationē, ad calorē, ut continue in illo sit, donec figatur. Et hoc sit per longum vas vitreum; cuius fundus sit terreus, & non vitreus (quoniam scinderetur in partes) illi artificialiter cum clausura bona connexus: & per spatulam ferrream vel lapideam, cum ad spondilia eius adheserit, deiciatur ad ima caloris continue, per alternas vices, quo usq; figatur. Fixionis vero modus ar. vi. est idem cum modo fixionis sulphuris & arsenici. & non diversificantur inter se: nisi in hoc, quod nō possunt sulphur & arsenic cum figi: nisi prius eorum partes inflammabiles tenuissime, subtili, divisionis artificio ab eis separantur, per hunc ultimum fixionis modum. Argentū vero vi. hanc considerationē non habet: & ad hoc similiter temperatori calore, q̄ ar. vi. indigent in hoc modo. Similiter diversificantur, quia in longiori figurunt tempore q̄ ar. vi. in eo similiiter, quoniam altius eleuantur propter suam tarditatē q̄ ar. vi. ideoq; longiori uale indigent q̄ ar. vi. ad suā fixionē. Fixio vero marchæ, magnesiae, & tutiæ est: ut cū post primam sui sublimationē acquisiuimus quod ex eis volumus: abiectis illorum fecibus resteremus super ea sublimationē: totiens conuertendo quod superius alienat, ad id quod inferius remansit, ex unoquoq; illorum, quo usq; fiantur. Horum vero descriptio vasorum iam tradita est.

SERMO DE CERATIONAE.

Caput. lir.



ERATIO est, dure rei nō fusibilis molificatio, ad liquefactionem. Ex hoc igitur manifestum est: q̄ causa inuentionis huius fuit, vt & quod ingressiōnē ex priuatiōe sue liquefactionis non habebat in corpus ad alterationē, mollificaretur ut flueret, & ingressiōnem haberet. Putauerunt ideo aliqui cerationem debere de oleis liquidis & aquis fieri. Sed erroneum est illud: & a principijs huius magisterij naturalis semotū penitus: & ex manifestis naturæ operibus reprobatum. Naturam enim non videmus in ipsis corporibus metallicis humiditatē cito terminabilem, imo diu durabilem, ut patet per literā subsequentiem ad illorū fusionis & mollificationis necessitatem posuisse. Si enim in talem illis posuisset, relinqueretur necessario, ut citissime s. ignitione una, corpora totaliter humiditate priuari contingeret. quare ex illo sequeretur, post vnā ignitionem corpus quolibet nec malleari nec

F in

LIBER

fundi posse. Quamobrem in quantum imitantes naturae opera possumus, necesse est nos modum naturae in cerando sequi. Cerat autem ipsa in radice cerationis fusibilium humiditate, quæ super omnes est humiditas expectans ignis calorē. Igitur & nos cōsimili cerare humiditate necessario expedit. In nullis aut rebus melius & possibilius hæc humiditas ceratua inuenitur, q̄s in his videlicet sulphure & arſenico propinquus aut & melius in ar. vi. Horum autem humiditatē non videmus terrā illorum relinquere propter fortē vno
nen, quā in opere mixtionis naturae habuerunt. In omnibus aut rebus alijs, humiditatē habentibus, experimento inuenies, ea in resolutione a terrea sua substantia seperari: & post illius separationē omni humiditate priuari. In spiritibus aut prædictis hoc minime continet: ideoq; non est aliud, per quod ab illorum incerationis acceptatione excusari possumus. Modus ergo cerationis est per illos: ut totiens super rem cerandam multiplicetur eorū sublimatio: quousq; in illā, cum humiditate sua manentes, fusionem bonā præstent. Hoc autem non siet ante illorū perfectam mundationē, ab omni re corruptente. Sed mihi melius videtur: ut eorū olea prius figantur, per oleum tartari: & cum illis fiat omnis ceratio cōpetens & necessaria ad hanc artem.

LIBER TERTIVS, DIVISVS A SECUNDO. SERMO GENERALIS IN PERFECTIONE, & in his quæ ad perfectionem spectant. Caput. liij.



RINCIPIORVM itaq; huius magistrī distinctione tradita: necesse est, ex promissione nostra, intentum huius artis completa prosequi, sermone illi conueniente. Et est. s. consideratio omnis rei, per quā perfectio huius operis apertius ostendatur. Et consideratio necessitatis perfectionis medicinæ. s. ut discutiatur, ex qua re melius vel propinquius eliciatur illa, ad omnem imperfecti perfectionem. Et consideratio similiter artificiorum, per quæ cognoscamus, an perfectio sit completa. His itaq; traditis, & tota erit perfectionis tradita cognitio, secundum nostræ artis indigentiam.

SERMO GENERALIS IN COGNITI-

tione principiorum corporum. Caput. lv.



OGNOSCERE vero non est possibile transmutationē corporū vel ipsius artis, vi-
ni si super mentem artificis deueniat vera co-
gnitio illorū naturę, secundum suas radices.
Prius igitur corporum principia notificabim-
us: quid, s. s. sint secundum causas suas: &
quid boni vel mali in se contineant. Præte-
rea vero ipsorum omnium corporum naturas,
cum suis omnibus monstrabimus proprietatibus: que videlicet sint
causae corruptionis illorum, cum suis experientijs probantes.

SERMO PARTICULARIS IN COGNITI-

tione sulphuris & arsenici. Caput. lvi.



REGO IN primis spirituum naturam: qui
ipsorum sunt corporū principia, affirmantes
quae sunt videlicet sulphur ar. vi, & suū com-
par. Dicimus igitur, quoniā sulphur & arse-
nicum, pinguedo sunt terre: ut a nobis natura-
rum est. Cuius experientia manifesta. proba-
tionem elicias per illius facile inflammatio-
nē: & facilem eius liquefactionē, per calidū.

Non enim inflamatur, nisi quod oleaginū: nec liqueficit per calidū
facile, nisi quod illius naturā habet. Sulphur itaq; et illius compar,
causam corruptionis habent, inflammabilem substantiā, & terream fe-
culentiam. Causam vero perficiēntē habent mediā, inter hanc videlicet,
& illam. Est igitur causa corruptionis in illo terreatas, per hoc, qd
non fusionem, neq; ingressiōne habet: & similiter inflammabilis sub-
stantia, quia nunc stat: nunc stare facit. & qd nigredinē ex omni ge-
nere eius præstat. Causa igitur perfectionis in illis est mediocris illa-
rum substantia, quia per illius terreatatem non turbatur ab ingre-
sionis: quae perfusionem bonam perficitur. & per illius subtilitatē
non remouetur eius impressio de facilī propter fugam. Non est au-
tem mediocris illorum substantia perfectionis causa corporum vel
argent, vi: nisi figuratur, quae cum non fixa sit: licet eius impressio
non remoueatur de facilī: non tamen stabiliter perpetuatur. Ex his
itaq; illius elicetur, mediocrem substantiam diuidere, necesse esse.

F iij

LIBER

Diuidere aut̄ putauerunt quidam impossibile esse, propter fortē illius mixtionē. & illi quidem suis operibus manifestis aduersi sunt. Nam ipsum sulphur calcinaverunt: & licet non multū, quod nullā fusionem nec inflāmationem dedit, sed illud per diuisionē necesse est evenerit. quoniam sulphur in sua naturali cōmixtione permanens, necesse est inflāmari, & comburi. ergo per diuisionē diuersarum substantiarū in illo, relinquatur, partē magis in ipso inflammabile, a partibus nō inflammabilibus seorsum in artificij separari. Nam si possibile est, per calcinationē ad remotionem omniū inflammabilium partium in illo pruenire: necesse est, ex eorū naturalibus operibus, eos cōfiteri: ad omnē partium diuisionē peruenire. Sed quia dependet ex subtilissimo artificio: cogitauerūt fore impossibile. Patet itaq; ex p̄missis in hoc capitulo, nō esse sulphur de veritate nostrae artis: sed pars eius. Et nos iam deduximus te in cognitionem artificij: per quod ad illius diuisionem possibile est deueniri. In arsenico vero, quia in radice suæ minere, per actionem naturæ resolutæ sunt multæ illius partes inflammabiles, ideo aruficium eius separationis est facile. sed ipsum est albedinis tinctura, sulphur vero rubedinis. In sulphuris igitur diuisione magnam adhibere cautelam, necesse est.

SERMO IN COGNITIONE NATURÆ MERCIJ.

Caput. lviij.



cap: 31. & 45
51. & 7. 77.
cod. cap.

N ARGENT O vi. & similiter necesse est superflua demere. Habet enim corruptionis causas, videlicet terram, & adustibilis absq; inflāmatione aqueitatis substantiam. Putauerunt attamē aliqui non superfluam habere terram vel immundiciam illud. Sed vanum est quod cogitatur ab esdem. Videntus enim ipsum multæ liuiditatis & non albedinis, & similiter, per leue artificium, videntur ex illo terram nigrum & feculentam emanare, per lavationem videlicet, cuius modum narrabimus. Sed quia duplē est per illud perfectionem elicere, & illud perficere, ideoq; necesse est, ipsum duplicitis mundatiōis gradu præparare. Præterea due mutationes mercurij necessarij. Una per sublimationē ad medicinā. & hæc innuitur. Alia per lavacrum ad coagulationē, & illud innuetur. Sunt enim in paragrapho. Secundus vero. Si enī volumus medicinam ex illo creare, tunc necesse est, a feculentia suæ terretat s

Mundare per sublimationē, ne in proiectione c̄ret colorē liuidum;
& ipsius aquitatē fugitiuam delere, ne & totam medicinā fugitiuā
in proiectione faciat: & mediocrem illius substantiā saluare per me-
dicinam, de cuius est proprietate nō aduri, & ab adustione defende-
re: & quæ non fugit, & fixum facit. Probamus itaq; perfectiuū esse
illud manifestis experientijs. Nam videmus ar. vi. argento viuo ma-
gis adherere, & eidem magis amicari. post illud vero aurū. & post
hæc argentū. ideo ex hoc relinquitur, ipsum esse suæ naturæ magis.
Alia vero videmus corpora non ad illa tantā conformitatē habere, et
ideo ipsa veridice inuenimus min⁹ de sua natura participare. Et que
cunq; videmus plus ab adustione saluari; illa consideramus, plus su-
am naturā possidere. ideoq; relinquitur, ipsum ar. vi. esse perfectissi-
mum & adustionis saluatiuū. quod est perfectionis ultimū. Se-
cundus vero mundationis gradus est ad ipsius coagulationē. & est,
vt sufficiat illi solummodo lauatio suæ terreatis per vnā diem. Cu-
sis modus hic est. Sumatur patella terrea; & in ea mittatur ar. vi. su-
per quod fundatur aceti fortissimi pauca quātitas, vel alterius rei con-
similis: quæ sufficiat ad cooperiendum illud. Post immitatur ad ignē
lentum ne ferueat: & agitur cōtinue cum digitis super fundum pa-
uelle: vt diuidatur ar. vi. in similitudinē subtilissimi pulueris albi:
donec totum acetum euaporauerit & ipsum ar. vi. redeat. Postea ve-
ro quod feculentū & nigrū videris ex illo emanasse, laua & abiuce. Et
hæc iterata vice multiplicata: quo usq; videris colorē suæ terreatis, &
clarum mixtum albo & celestino colori perfecte mutari, quod perfe-
ctæ lauationis est signū. Cum igitur peruenierit ad illud: projiciatur
super ipsum medicina suæ coagulationis: & coagulabitur in solificu-
& lunificum: secundum q; ipsa præparata extiterint. Et ipsius nar-
rationem in sequentibus ponemus. Ex iam igitur dictis pater, & si-
militer argentū viuum non esse perfectiuū in natura sua: sed illud
quod ex ipso producitur per artificium nostrū. Et similiter in sulphu-
re & eius compari est inducere. Non ergo in his possibile est, natu-
raliter naturam sequi: sed per nostrum artificium naturale.

SERMO DE COGNITIONE VERAE

marchesitæ magnesiæ & tutiæ. Caput. Iviij.

DE ALII aut spiritibus naturalē necesse est nos
facere traditionē. qui sunt. s. marchesita: magnesia:
& tutia, impressionē magnā in corporib⁹ facientes.

LIBER

R.C.

cap. 46

16° f.


A.C.N.

V.T.

Et ideo dicamus quid sint in probationibus suis in hoc capitulo. Dicimus igitur: q[uod] marchesita duplice habet in sui creatio[n]e substantia[re]. ar. vi. s. mortificati & ad fixionem approximantis; & sulphuris aduentis. Ipsam habere sulphureitatem comperimus manifesta experientia. Nam cum sublimatur, ex illa emanat substantia sulphurea manifesta, cōburens. Et sine sublimatione similiter perpenditur illius sulphureitas. Nam si ponatur ad ignitionem, non suscipit illa priusquam inflamatione sulphuris inflametur, & ardeat ipsam vero ar. vi. substantia manifestatur habere sensibiliter. Nam albedine præstat yeneri meri argenti quemadmodum & ipsum ar. vi. & colorē in illius sublimatione celestinū præstare: & luciditatē manifestā metallicam habere videmus, que certū reddunt artifice, illā hasubstantias contine re in radice sua. Magnesia vero sulphur plus turbidū: & ar. vi. magis terrenū & feculentū: & ipsum sulphur similiter magis fixū, & minus inflammabile habere, per casdē probare experientias manifeste poteris: & ipsam magis naturae martis approximare. Tertia vero est fumus ipsorū corporū alborū. & hoc manifesta probatione perpenditur. Nā projecto fumo mixtionis iouis & venoris, acherente in spondilibus fabrice fabrorū, eandē impressionē facit cum ea. et q[uod] fumus metallicus nō reddit: nec ipsa similiter sine alicuius corporis admixione, ideo cum fumus ipsa sit alborū corporū, alba nō citrinat corpora, sed rubea. Nam citrinitas nō est aliud tamen rubei & albi determinata proportio. ideoq[ue] ipsa propter sui subtilitatē magis ad profundū corporis penetrat. & ideo magis alterat tamen suum corpus; & magis adheret in examine paucō artificio: quod iā tibi narratū est. Quaecunq[ue] igitur alterantur: per ar. vi. virtutē, vel sulphuris, aut horum similius necesse est alterari. quoniam hæc sola cōmunicant in natura ad ipsa corpora.

DE ESSENTIA SOLIS. Caput. lix.

ECORPORIBVS igitur ampliato sermone eorū intimam narramus essentiam. Et primo de sole. Postea de luna. Ultimo vero de alijs: secundum q[uod] videbitur expedire, cum suis probationibus, quæ per experimentū habentur. Est igitur sol creatus ex subtilissima substantia ar. vi. & clarissima fixura: et ex substantia pauca sulphuris mundi, & puræ tube



dini, fixi clari, et a natura sua mutati, eingētis illū, s. mercuriū. Et ideo
 quia contingit diuersitas in coloribus ipsius sulphuris; necesse est, &
 auri citrinitatē diuersitatē habere similiter. Est etiā quoddam magis:
 quoddā vero minus in citrinitate intensum. Quod ipsum enī sit ex ^{inde colores}
 subtilissima ar. vi. substantia, perpenditur & ipsum, quia ar. vi. de fa-
 cili illud suscipit. Non enim ar. vi. aliud q̄p suae naturae suscipit. q̄p
 vero clarā & mundam illā substantiam habuit: per splendentē eius
 fulgorē & radiantem manifestatur, nō solum in die, verum etiam in
 nocte se manifestantē. q̄p vero fixam & sine sulphureitate cōburente
 habeat: patet per omnē operationem illius ad ignē. Nam nec minui-
 tur: nec inflāmatur. q̄p vero ipsum sit sulphur tingens: patet per hoc:
 q̄p admixtum ar. vi. ipsum in colorē transformat rubeū. & q̄p subli-
 matur forti ignitione de corporibus: ita q̄p illorū ascendat subtilitas:
 cum eo citrinissimū creat colorē. patet igitur: q̄p cum pura purū co-
 lorem generat: cū nō pura non purū. Qui vero probationis suae ci-
 trinitatis ostensione indiget: sensum nō habet: quod per visum perfī-
 citur. Subtilissima igitur ar. vi. substantia ad fixionē deducta, & pu-
 ritas eiusdem, & subtilissima sulphuris materia fixa, & non adurens,
 tota ipsius auri materia est essentialis. Maior vero ar. vi. ideo maiorē
 ar. vi. habet ingressiōnē in illud. Igitur quęcunq̄ volueris alterare:
 ad huius exemplar altera: vt ipsa ad æqualitatē eius perducas. Et mo-
 dū iam ad illud nos dedimus. Et quia subtile habuit & fixas par-
 tes: ideo potuerunt partes eius multum densari. Et hæc fuit causa sui
 magni ponderis. per multam vero operatam a natura decoctionem,
 facta est ex illo paulatua resolutio: & inspissatio bona, & ultima mi-
 xtio, vt cum ignitione liquefaciat. Ex præcedentibus igitur patet: quo
 mā multa quantitas ar. vi. est causa perfectionis. multa vero sulphu-
 ris, causa corruptionis. Et uniformitas in substantia est causa perfe-
 ctionis. oppositum vero corruptionis. Igitur si ceciderit super ipsum
 ar. vi. sulphur non debite: necesse est, secundū diuersitatē illius diuersi-
 tas corruptiones adduci. Potest enī sulphur, quod super illud cadit
 fixum nō adustibile esse totū, aut totū adustibile & fugiens in natu-
 ra sulphuris, aut fugiens et nō in natura sulphuris, aut partē fugien-
 tis, partē vero fixi tenere, sed in parte naturā sulphuris tenere, in parte
 vero nō, aut totū mundū aut īmundū, mediū aut multe quanti-
 tatis, aut paucę superās in cōmixto, aut paucę quantitatis superātū in
 illo, aut nec superās nec superatū, aut albū, aut rubeū aut mediocre.

^{probat. ex galil.}

^{Gymna juba 204 dies}

^{↑ tinctura est}


quanto magis metallū
 habent totū per-
 fectiora, contra —
 vero quanto magis
 habent. & tanto magis
 imperfectora.

LIBER

Ex his itaq; omnibūs diuersitatib; necesse fuit in naturā diuersa crea
rū corpora & his similia, quas omnes oporteret narrare nos cum pro
bationibus manifestis.

SERMO IN COGNITIONE NA ture lunaris.

Caput. ix.



AMERGO patet ex precedentibus: qd si ce
ciderit sulphur mundū fixum rubeū clarum
super substantiā ar. vi. puram, nō superans,
imo paucæ quantitatis superatum, creature ex
hoc aurū purum. Si vero fuerit sulphur mun
dum, fixū, album, clarū sup qd ceciderit sub
stantiā ar. vi. sit argentū purum. si in quan
titate non supereret: diminutā tamen habet pu
ritatem ab auri puritate: & spissitudinē grossiore, qd aurū. Cuius
signū est, qd non densantur partes eius in tantū qd auro componde
ret. nec ita fixam substantiā habet, vt illud. signū est diminutio eius
per ignem: & sulphur eius, quod nō est fixum, nec incombustibile,
causa est illius. Et qd sulphur in illo huius sit dispositionis: per illius
paululam inflammatiōnem probatur. Idcm aut fixum ad aliud qui
dem & ad aliud relatum esse: impossibile nō est autumandū. Lus
næ enim sulphureitas ad auri sulphureitatem relata: non fixa & com
burens est. Ad aliorum vero sulphur corporū, fixa & non cōburens.

SERMO IN COGNITIONE NA

turæ Martis.

Caput. lxi.



I VERO fuerit sulphur fixum terreum ar.
vi. fixo terreo cōmixtum. & haec arbo non
pure sed albedinis liuidē fuerit, cuius superā
tig quātitas sit sulphuris summa, sit ex his fer
rum. quoniām superantia sulphuris fixi fu
sionem prohibet. Ideocq; ex hoc relinquitur
sulphur velocius liquefactionis festinantiam
per opus fixionis perdere qd ar. vi. Non fixū
vero videmus citius qd argē. vi. liquefcere. Ex his vero manifestatur
causa velocitatis fusionis & tarditatis in corporū unoquoq;. Nam
quod plus de fixo habet sulphure tardius: quod vero plus de adu
rente, facilius & citius fusionē suscipit, quod satis aperte relinquitur

nobis fore monstratur. Quod igitur ipsum fixum tardiorē faciat fusio-
nē, manifestatur per hoc qđ ipsum nūc nisi calcinetur, figitur. & calcinatū nullā dat fusionē. Ergo in omnibus illā impedire debet. Quod
vero nisi calcinetur nō figatur, patet experimento illius qui illud figit
non calcinatū. quoniā ipsum inuenit semper fugere donec in terrā ver-
tatur, cuius similitudo est calcis nature, hoc autem minime in ar. vi. con-
tingit, quoniā figi potest absqđ hoc qđ in terram vertatur. & figi simi-
liter cum cōversione illius ad terrā. s. potest. Non per festinationem
ad eius fixionē quæ per præcipitationē perficitur. Figitur & in terram
mutatur, per successiū vero illius iterata vice sublimationem figitur si
militer, & non in terrā vertitur, imo fusionē dat metallicam. Hoc autē
manifestū est & illi probatū qui vtrascqđ fixiones illi⁹ expertus est vscqđ
in illius consummationē festinā præcipitationē & tardam per successi-
uas sublimationes, vidit enim & inuenit sic ut a nobis scriptū suscepit.
Et illud ideo quoniā viscosam habet & dēsam substantiā, cuius signū
est contritio illius cum imbibitione & mixtione cum rebus alijs. Sen-
titur enī in illo manifeste viscositas illius per multā adherentiam, den-
sam aut̄ substanciam illud habere manifeste videt monocularis per illi-
us aspectum & præponderis sui, auro enim præponderat cum in na-
tura sua est. Et est similiter fortissimē cōpositionis ut narratū est. His
igitur relinquitur ipsum posse figi sine illius humiditatis consumptio-
ne & absqđ in terrā conuersione, propter enim bonā partium adheren-
tiā & fortitudinē suae mixtionis si quo modo partes illius inspissē-
tur per ignē, ulterius nō permittit se corrumpi neqđ per ingressiōne fu-
mose flammæ in illud se in fumū ulterius eleuari permittit. quoniam
rarefactionē lui non patitur propter sui densitatē & carentiam adustio-
nis quæ per sulphureitatē perficitur. Per hoc igitur inuentū est inuen-
tione veridica duorū secretorū genus mirabile duplex. s. unum causa
corruptionis vniuscuiusqđ metallorū per ignem. quarū vna est inclusio
adurentis sulphureitatis in illorū substancia per inflāctionem illa di-
minuentis & exterminantis in fumū ultima cōsumptione quantum-
cunqđ in illis ar. vi. bonę fusionis extiterit. Altera vero est multiplica-
tio flammæ exterioris super illa penetrantis & secū in fumū resoluentis,
cuiuscunqđ fixionis in eis ipsum sit. Tertia vero est rarificatio ipsorū
per calcinationē. tūc enim flamma vel ignis sine illa in ea penetrare po-
test & ipsa exterminare, si igitur omnes corruptiones carere cōueniant,
maxime corpora corrumpi necesse est. Si vero non omnes, remittuntur
corruptionis velocitas vniuscuiusqđ corporis, secundū remissionem

G

LIBER

illarū. Secundū genus est bonitas quæ per ipsum cōsideratur in corporibus. Quia igitur ar. vi. propter nullas causas exterminationis se in partes cōpositionis illius diuidi permitit; quia aut cum tota sui substantia ex igne recedit, aut cum tota in illo permanens stat. Notatur in eo necessario perfectionis causa. Laudetur igitur benedictus & glorio sus altissimus qui creauit illud, deditq; illi substantiam & substantias proprietates quas nō contingit ex rebus vllam in natura possidere, vt in illa possit inueniri hæc perfectionis per artificiū aliquid quod in illo inuenimus potentia propinquā, ipsum enim est quod ignē superat & ab igne nō superatur, sed in illo amicabiliter requiescit eo gaudens.

SERMO IN COGNITIONE NA-

turæ gris. Caput. lxiiij.



flamme & metallis
in fusione excens
fit a D. crasso.

EDVENTES igitur ad propositū dicim⁹ q̄ si fuerit sulphur imundum grossum fixum secundum sui maiorē partē, secundum vero sui minorē non fixum, rubeū liquidum secundū totam nō superans, necq; superatū, & ceciderit sup ar. vi. grossum. ex eo es creari necesse est. Horū itaq; omnium probationē adducere per data ex natura sua contigit. Nam cum illud ad inflam-
mationem deponitur: flammā ex eo sulphureā discernere poteris que sulphuris non fixi est signū. & deperditio suæ quantitatis per exalatio nem, sulphur fixum illa significatur per frequentem eius combustio-
nem. Nam ex ea fit suæ fusionis retardatio & induratio suæ substanciæ. quæ signa sunt suę multitudinis fixi sulphuris, q̄ illud aut sit rubeum imundum adiunctū ar. vi. imundo significatur per sensum. vn de alia probatione nō indiget. Experimento itaq; elicias secretū. vides enim omnē rem caloris actionē in terrā mutatam cum facilitate solui, & ad aquę naturam redigi. hoc aut contingent propter partium subtili-
tatem ab igne. Res igitur magis subtilis in natura propria ad hanc ter-
ram naturā reducta magis subtiliatur. Igitur magis soluitur. ita &
quæ maxime maxime. Ex his igitur patet causa corruptionis & infes-
ctionis horū duorum, Martis. s. & Veneris, quoniā est per sulphur multę quantitatis fixū. & non fixum paucę in venere. minime vero in marte. Cum igitur sulphur fixū in fixionē deuenit per calorem ignis suis partes subtiliantur, sed pars illa que est in aptitudine solutionis sue substantię soluitur, cuius signū est expositiō horum duorū corporum ad vaporē aceti. Nam per illud floret in superficie sua sulphuris conū

aluminositas per calorem in illud creata subtiliatuum'. Etsi posueris
 hec duo corpora in liquorē ponticum, soluentur de facili per ebullitionem multe illorū partes. Et si respexeris in mineris horum duorum, manifestam inuenies ex eis solutā aluminositatis substantiā stillare & in illis adherere, quae aluminositas per ponticitatē & facilē solutionē in aquam mutatur. Non enim ponticum & facile solubile reperitur aliud q̄z alumē & quod suae naturae est. Nigredo vero in unoquoq; horum duorum corporū ad ignē creatur prope sulphur non fixū quod in illis concluditur; multū quidem in venere; parum vero in marte. & ad naturam fixi approximans, ideoq; non de facili talem impressionē de marte remoueri est possibile. Iam igitur patuit ex sulphure non fixo fusionem fieri & fusionē adiuuari: ex fixo vero fusionem non fieri & fusionē impediri ex ar. vi. fixo non est necesse fusionē non fieri, & fusionem impediri, illud scit necessarium verū esse quae nullo ingeniō fusionis sulphur potuit conseruare in fusione post illius fixionē. Ar. vero vi. figi potuit per frequentē sublimationis reiterationem ad illud eo bonā fusionem suscipientem. Ex hoc itaq; manifestum est corpora esse maioris perfectionis quae plus ar. vi. sunt continentia, minus minoris perfectionis. Studeas igitur in omnibus tuis operibus ar. vi. in cōmixtione superare. & si per solum ar. vi. perficere poteris, præciofississime perfectionis indagator eris & eius perfectionis quae naturae vincit opus. mundare enī poteris intime ad quod natura non peruenit. Probatio vero eius, q̄ ea quae maioris ar. vi. quantitatē sunt continentia, maioris sunt perfectionis est. s. facilis susceptio ar. vi. Videmus enim corpora perfectionis amicabiliter ar. vi. suscipere. Ex præcedentibus itaq; sermonibus relinquitur duplē fore in corporibus sulphureitatē. Vnam quidē in profunditate ar. vi. conclusam in principio suę mixtionis. Alteram vero superuenientē, quarum altera cum labore tollitur. Alteram vero nullo artificio rū ingenio non est possibile, s. tolli q̄ per ignem perficitur, ad quod possit nostra operatio cōgrue ac utiliter peruenire, cum iam secū ad eandem cerationē vnitum factū est. & hoc ex experimento probatur q̄ sulphureitatem adustibilem videmus per ignē deleri, sulphureitatem vero fixam minime. Si igitur dixerimus corpora calcinatione mundari, intelligas utiq; a terra substantia quę non in radice suae naturae vñita est, quoniā vñita mundare per ignis ingenium non est possibile, nisi adueniat ar. vi. medicina occultans & contemplans illā aut illam de cōmixto separans. Separatio aut terreæ substantiae in radice nature metallo vñitę ab eius de cōmixto sit, aut per eleua-

G r

sic sup. p.

Alumen

N Dolmē

 per argentinum unius,
 solan, intelligitur
 mercurius & dulcis
 tunc perficitur unde
 spissatum & dulcis
 parvulus, incipit
 somnium vel &c.

Epilogue

LIBER

V
tionem cū rebus substantiā ar. vi. eleuantibus & sulphureitatē dimit-
tentibus propter conuenientiā cum eis ut est tutia & marchesita quoni-
am fumi sunt quorū maior pars ar. vi. est quantitas cę sulphuris &
huius experientiā vides. quoniā si forti & subita fusione hæc coniun-
xeris cum corporibꝫ spiritus secū adducent corpora in fuga sua ad eoꝫ
cum eis eleuare poteris. aut cum iauatione per ar. vi. cōmixtionem quā
narrauimus ar. enim vi. tener quod suæ naturæ est. alterū vero respuit.

SERMO IN COGNITIONE NATV

ra stagni. Caput. lxiij.

H

AC IGI TVR inuestigastione proposita nostrū
propositum sequentes innuimus cę si sulphur fuerit
in radice cōmixtionis fixiōe pauca participans album
albedine non pura non superās sed superatū cum ar.
vi. secundū partem fixo : secundum partē vero non
fixo. Albo non puræ cōmixto sequetur ex eo stagnum. Et horum pro-
bationē per præparationem inuenies. quoniā si stagnum calcinaueris
senties ex illo sulphuris fetore quod signum est sulphuris non fixi &
quia flammā non dat, nec putes illud fixum. quoniā non propter fixi-
onem sed propter superantiā ar. vi. in cōmixtione saluantis a combu-
stione flammā nō dat. probat̄ itacꝫ duplex in stagno sulphureitas du-
plexꝫ ar. vi. substantia. vna quidē sulphureitas que est, quia cū calcinat̄
fetet vt sulphur. per primā probatur mixtionis experiētia. altera per con-
tinuationem illius in calce sua ad ignē quā habet quia magis fixa non
fetet. probatur vero duplex ar. vi. substantia in illo. vna quarū est nō
fixa, altera fixa. quoniā ante illius calcinationē stridet. post vero tri-
plicem ipsius calcinationem non stridet quod est quia eius ar. vi. fugi-
tiui substantia stridorē faciens euolauit. Quod vero ar. vi. substantia
sit substantia fugitiui causa stridorē faciens. probatur per iauationem
plumbi cum ar. vi. quoniā si cum ar. vi. plumbū lauetur, & post laua-
crum eius illud fuderis cum igne non superante suæ fusionis ignē, re-
manebit cum eo ar. vi. pars quæ plumbo stridorē adducat, & illud in
stagnū coquertet. Econuerso vero per iauationē stagni in plumbū il-
lud cōsiderare potes. Nam per multiplicē calcinationis reiterationē ad
illud & magis illi ignis contuientis ad reductionis administrationē
in plumbū conuertitur. maxime vero cū per subtractionē sui scoriū cū
magno calcinatur igne. Et harum substantiarū diuersitatibus certifica-
ri poteris per ingenia conseruationis illarū, vel instrumētis propriis, &
ignis modo eas diuidentis ad quē nos peruenimus cum instantia ? &

vidimus cum certificatio nostra nos verum per illud estimasse. Quid igitur sit quod post remotionem duorum non fixorum ex lione s. sulphuris & ar. vi. remansit te certum reddere nos expedit. ut complete cognoscas ipsius Iouis compositionem. Est igitur illud liquidum ponderosum vel plumbum, maiori tamen albedine plumbo participans. Est igitur plumbum purissimum. & est in ipso aequalitas fixionis duorum componentium ar. vi. s. & sulphuris. Non autem aequalitas quantitatis. quoniam in comixtione vincitur ar. vi. cuius signum est facilitas ingressio in illud ar. vi. in natura sua. Igitur si non maioris argenti. vi. in illo esset quantitas. non adhereret illi in natura sua sumptum de facili. Ideoque non adheret Marti nisi subtilissimo ingenio; nec Veneri propter paucitatem ar. vi. in illis in comixtione sua. Ex hoc igitur patet quia difficultate Marti adheret. Veneri vero facilius propter maiorem copiam ar. vi. in ea. cuius signum est fusio illius facilis. Martis vero difficultissima. Fixio vero harum duarum substantiarum ad firmam approximatam fixionem. non autem fixa propterea est perpetua. & huius est probatio ipsius corporis calcinatio. & post calcinationem ad fortissimum ignem expositio. nam per eum non fiet diuisio sed tota ascendet substantia purificata tamen magis. Videmus ergo substantiam sulphuris in stagno adurentem faciliter separari quam in plumbo. & huius experimentum vides per faciem locis indurationem calcinationem & meliorationem sui fulgoris. Ideoque considerauimus haec corruptientia in radice sua non fuisse. sed ei postea aduenierunt. Et quia in prima comixtione non fuerunt illi multum coniuncta; ideo facile possunt separari. ideoque alterationes in eo sunt veloces operis; mundificatio videlicet induratio & illius fixio. & harum causas per ea quae iam a nobis tradita sunt. manifesta considerare potes. & quia post has operationes calcinationem s. & reductionem considerauimus in fumo suo per magnam eleuationem ignis expressionem. & vidi mus illum ad trinitatem pertinere. cum hoc sit de proprietate sulphuris calcolati. estimauimus estimatione vera in qua fuimus certificati sulphuris fixi naturam secum multam continere. Qui igitur voluerint in hac nostra scientia videre veritatem. investigationem horum omnium persudent cum sedulitate operis donec per eam principia ipsorum corporum & proprietatem spirituum inueniant inuentione certa. nec conjecturali quam tradidimus in hoc nostro volumine sufficienter ad artis exigentiam.

SERMO IN COGNITIONE NA-

turæ Saturni.

Caput. lxiiij.

G ij

LIBER

R

ESTA T nos igitur de Saturno descriptionem posse.
 & dicimus, non diversificatur Ioue per calcinationis
 reiterationem ad illius naturam reductio, nisi quia
 immundior habet substantiam a duobus substantiis
 cōmixtam grossioribus sulphure. s. & ar. vi. & quia
 sulphur in illo cōburens est suze q̄ ar. vi: substantiae magis adhesiuū,
 & quod plus habet de substantia sulphuris fixi ad compositionē suā
 q̄ Jupiter. & hanū probationes per experientias manifestas adducem⁹.
 q̄ igitur ipsum sic maioris terre seculentie q̄ Jupiter, manifestatur per
 visum & per lauacrum eius ab ar. vi. in hoc q̄ plus per lauacrum emanat
 seculentie ab eo q̄ a Ioue. qui primū gradum calcinationis suscipit fa-
 cilius q̄ Jupiter, quod est signū multe terreatatis. Nam corpora plurim
terreatatis facilioris inuenimus calcinationis, & terreatatis paucē diffici-
lioris calcinationis. & hui⁹ est probatio difficillima solis calcinatio cō-
pleta. Et quia non rectificatur eius feditas per calcinationis reiterationē
sicut in Ioue quod est signū maioris feditatis in principiis eius ex na-
ra sua q̄ Iouis. Quod vero sulphuris quantitas cōbustibilis magis sit
 ar. vi. substantiae adhesiva in eo q̄ in Ioue significatur per hoc q̄ nō
 seperatur de eo in fumum quantitas notanda, quin sit citrini coloris
 multe citrinitatis cui⁹ similiter est quod in fundo inferiori ex eo reman-
 sit. necessario vnum triū esse signum relinquitur. aut nullius quantita-
 tis sulphuris combustibilis in eo, aut paucissimae aut multū coniuncte
 in principiorū propinquitate ad radicem cōmixtionis, sed certificati su-
 mus per illius odore ipsum aliquid esse qualitatis & non paucē, imo
 multæ quia non mouetur ab eo odor sulphuritatis in brevi tempore,
 ideo considerauimus consideratione qua certi sumus sulphur combus-
 tens illius sulphuri non cōburenti ad naturam fixi approximanti in
 ar. vi. substantia vniiformiter esse commixtū. ideo cum scandit fumus
 cuius necessario cūsul. non comburente scandit. de cuius proprietate
 est citrinitatem creare. q̄ vero maior quantitas sulphuris non adurens-
 tis sit in ipso q̄ in Ioue: a nobis adductum est cum veritate, per hoc
 q̄ videmus totum colorē ipsius in citrinum mutari. Iouis vero in albū
 in calcinationibus suis. Et ideo in hoc nobis aperta est via cause inuesti-
 gationis hui⁹ operis per quod in calcinatione mutatur Jupiter facilius
 in durum q̄ Saturnus, non aut in tarditatem liquefactionis velocius
 q̄ Saturnus. & illud ideo quoniā causa duricie naturae est sulphur
 & ar. vi fixū. Causa vero liquefactionis est duplex ar. vi. s. & sulphur
 combustibile quorū alterum quo ad fusionis perfectionem sufficit in

Vnoq[uo]c gradu eius cum ignitione. s. & sine ignitione. s. ar. vi. Quia
 igitur in loue est multa ar. vi. quantitas non vere fixi. remanet in illo
 multum liquefactionis velocitas, & non remouetur ab illo faciliter.
 Causa vero mollificationis est duplex argē. s. vi. & sulphur combusti-
 bile. Quia igitur remouetur sulphureitas comburens ex loue facilius
 ex Saturno, ideo ex eo altera causarum molliciei remota necesse est il-
 lus indurari calcinatum. Saturnus vero quia vtriusq[ue] molliciei causas
 fortiter habet coniunctas non facile induratur. Est tamen diuersitas in
 mollicie per ar. vi. & mollicie per sulphur. quoniam mollicies p[ro]p[ter] sulphur
 est cessiva, mollicies vero per ar. vi. extensiva est. Et hoc necessario pro-
 batur per hoc q[uod] videmus corpora multi ar. vi: multe extensionis esse.
 corpora vero pauci, paucæ. Et ideo Jupiter facilis subtilius extendit q[uod]
 Saturnus. Saturnus facilis q[uod] Venus. Venus q[uod] Mars. Luna subtilis
 q[uod] Jupiter. Sol vero q[uod] Luna subtilius. Patet igitur q[uod] causa induratio-
 nis est ar. vi. fixum aut sulphur fixum. Causa vero molliciei est oppo-
 sita. Causa vero fusionis est duplex. sulphur non fixum & ar. vi. cuius
 cunctæ generis. Sed sulphur non fixum necessario est causa fusionis sine
 igniuione, & manifeste vides huius rei experientiam per projectionem
 arsenici super corpora difficultis fusionis, facit enim ea facilis fusionis &
 sine ignitione. Causa vero fusionis facilis est & similiter ar. vi. Causa
 vero fusionis cum ignitione est argen. vi. fixum. Causa igitur impedi-
 menti fusionis cuiuscunq[ue] est sulphur fixum, per hoc itaq[ue] maximum
 poteris elicere secretū. quoniam cum plurimæ ar. vi. quantitatis corpo-
 ra, maxime sint perfectionis inuenta. & pluris igitur quantitatis ar. vi.
 corpora a perfectione diminuta, perfecto approximare necesse est. itaq[ue]
 & multæ sulphureitatis corpora plurimæ corruptionis esse contingit.
 Quamobrem igitur ex iam dictis patet louem maxime perfecto approximare,
 cum perfectionis plus participet. Saturnum vero minus,
 minus vero & adhuc Venerem, minime vero Martem, quo ex perfe-
 ctio dependet. Alter autem ex medicina compleante & defectu supple-
 te perfectius attenuante ad profundum corporū spissitudinem, & sub-
 splendentis fulgoris substantia eorundem palliante fuscedinem se ha-
 bere contingit. Ex hac enim maxime perfectibilis Venus existit, mi-
 nus vero Mars, ad huc minus Jupiter, minime vero Saturnus. Ex
 his igitur repertum est laboris inuestigatione veridica, ex corporum di-
 uersitate diuersas inueniri cū præparatione materias, alia enim eger me-
 dicina durū ignibile, alia vero molle & non ignibile corpus; hoc qui-
 dē mollificante & ad profundū attenuante et in sua equante substantia.

G iij

LIBER

Illud vero indurante & inspissante occultū eius : Ex his igitur nos expedit ad medicinas transire cum manifestis experientijs diuersarū posseentibus nobis medicinarum causas inuentionis . & q̄ diminutum relinquant . & q̄ ad complementum deducane.

Caput. lxv.

R O B A M V S igitur spiritus corporibus magis assimulari per hoc q̄ magis corporib⁹ vniuntur & amicabilius q̄ alia in natura . Per hoc ergo adductū est nobis inuentione prima hoc esse corporū alteratio-

nis medicinā veram . ideoq; in omni quo potuimus ingeniorum genere , nosipso exerceuimus ut per illos imperfectorum vnumquodq; corpō mutatione firma in perfectum lunare & solare transformemus corpus . Quamobrē igitur ex eisdem medicinā diuersam ex diuersa alterandorū intentione creari necesse accidit . Cum sit igitur duplices generis medicina alterationis ar. vi. perfectione coagulabile & a perfectione diminuta corpora . hæc siquidē multiplicia . alia quidē dura ignibilia . alia vero mollia non ignibilia . dura quidē ignibilia ut Mars & Venus . mollia vero ut lupiter & Saturnus . necesse est & materiam similiter perfectiā multiplicem esse . Alia etenim eget ar. vii. materia perficiente . alia vero corpora transformanda ac etiam alia egent dura ignibilia ut Venus & Mars . alia vero mollia non ignibilia ut Saturnus & lupiter . & hæc vtraq; veriusq; generis cum ad se in uicem differant in natura similiter diuersam egere medicinā necessario accidit . Vnius etenim generis Mars & Venus , sed in speciali quadā proprietate differunt . Etenim hic non fusibilis . illa vero fusibilis . ideoq; alia quidem Mars alia vero Venus medicina perficiur . & hic quidem ex toto immundo . illa vero non . & hic quidem in quadam albedine fusca . illa vero rubidine & viriditate participat . quæ in medicina diuersitatis necessitatem imponunt consimiliter . Alterius enim generis mollicie corpora . s. lupiter & Saturnus : cum hic & similiter differant diuersa medicina & similiter egere necesse est . Etenim hic quidem mundus . s. lupiter . ille vero nō . At vero & hac quidem mutabilia omnia nunc lunaria . nunc solaria efficiuntur corpora . Ideoq; necesse est uniuscuiusq; duplēcē materialē fore . vnam quidem citrinam in citrinū mutantē solare corpus . Alteram vero albām in album lunare corpus mutantē similiter . Cum ex quatuor igitur imperfectorū corporū vni cuiq; duplex materia adinueniatur . solaris videlicet & lunaris . octo igitur in summa erūt medicinæ omnes corpora p̄ficientes in forma bona .

Dura
Mollia

perficitur & similiter ar. vi. in solare & lunare, ideoq; & medicinæ alterantis illū duplē differentiā esse cōtingit. Decē igitur erunt omnes medicinæ quas inuenimus cum totalitate sua ad cuiuslibet imperfecti alterationē completam. Verū utiq; cum diurnitate, laboris instantia & magne indagationis industria excusari volumus ab inventionis labore harū decem medicinarū per vnius beneficū medicinæ. & inuenimus inquisitione longa, necnon & laboriosa maxime & cum experientia certa, medicinā vnam, qua quidē durū mollescit, & molle induratur, corpus & fugitium figitur, & illustratur fedum splendore inenarrabilis & in eo qui supra naturā consistit. Ideoq; omniū harum medicinarū expedit singulum sermonē adducere cum causis suis & manifestis probationū experientijs. Prīmū igitur medicinarum decē seriem. & dehinc quidē corporum omniū, deinde vero ar. vi. dehinc vero & ultimo ad perficientis magisterij medicinā transeundum. Cum tamen præparatione indigant imperfecta. Ideo ne propter artis insufficiam traditionis, mordeamur ab intuidis: afferamus in primis narratiō nem de imperfectorū præparationib; earū inuentionis causæ necessitatē ponentes. quibus siquidē in nostro artificio efficiantur congrua pfectiōnis albedinis & rubedinis in unoquoq; gradu medicinā fuscipere, & ab eadem perfici, dehinc vero addendum medicinarum omnium narrationem sufficientem & congruam.

Caput. lxvi.

XIAM ergo a nobis narratis sermonibus appareat quid superfluum quidue diminutū ex operibus natura relinquat in unoquoq; eorū que imperfecta sunt corpora secundū sufficiētem partē. secundum vero cōplementū quæ in superioribus obmisimus hic cōplesbitus sufficiente sermone. Prīmū igitur cū duplicis fore generis imperfectionis corpora contingat, mutabilia mollia. s. necnon ignibilia ut Saturnus & Iupiter, dura enī non fusibilia, aut cū ignitione fusibilia ut mars & venus. hic quidē non fusibilis illa vero cum ignitione, Necessario nobis natura informando edocuit ex illorū diuersitate essentiarum in radice naturæ diuersas præparationes secundū exigentiam illius administrare. Sunt itaq; vnius generis transformanda imperfectio nis corpora duo necessario, plumbum scilicet quod mela dicitur, & per artem Saturnus & plumbum stridens quod album dicitur. & haec scientia Iupiter quæ a se inuicem sunt diuersa in sui occulti profundo ex radice suæ naturæ innata & manifesto similiter quoniam Satu-

N V m i n .
vires gummæ &
mirabilis medicina
pulsoptica

LIBER

nitis, fuscis, lividus, ponderosus, & niger, sine stridore totaliter mutus;
Iupiter autem albus huens parum, multum vero stridens & modico sono emittit
natum adducens. differentiam in profundo illorum tibi cum manifestis
experiencij monstrauimus ex illarum causis necessarijs. Ex quibus secum
dum magis & minus præparationis ordinem colligere bonum mentis ar-
tificem contingit. Primo igitur secundum ordinem corporum præparationem
narremus. Postea vero & ipsius ar. vi. coagulabilis. Sed & primo vni-
us generis molliciei. scilicet post hoc vero & alterius. Primi quidem generis
corporum ponatur saturni præparatio & iouis. postea vero & aliorum
secundum suum ordinem determinatum, quia in præparatione corporum nihil
superfluum ex profundo ipsius remouendum, sed ex manifesto potius.

Caput. lxvij.



ATVRNI vero præparatio multiplex adhibetur essentiæ & iouis similiter, secundum ipsorum
multiplicis pfectio[n]is approximatio[n]is, aut elongationis ab eo gradu, cum sit igitur aliud ex cor-
rumpentibus quidem suo profundo adueniens ex suæ naturæ radice innata sulphureitas. scilicet terrei-
tas atque ar. vi, impuritas terræ illorum creationis
principijs essentiali natura commixta. aliud vero superueniens post pri-
mam illorum mixtionem corruptionem adducens, et sunt primi generis, sul-
phureitas ciburens, & illius impuritas, & ar. vi. substantia feda, quæ
omnia sunt saturni & iouis pfectio[n]is substantia corruptientia. Sed
horum quidem alterum impossibile est remoueri per medicinam primi ordi-
nis aliquius industrie. Alterum vero paruo adminiculo remoueri contingit.
hoc quidem remouendum esse impossibile aduenit propter hoc quod in
principijs naturæ propriæ huius generis corporum, in veram essentiæ com-
mixta fuerunt, & vera essentia facta sunt. Ideoque cum non sit possibile ve-
ram rei cuiuscum in natura remouere essentiæ, re permanente, non fuit ab
eis possibile, haec corruptientia delere. Quamobrem igitur putauerunt quidam
philosophorū per hoc ad artem non posse perueniri. Sed nos qui
de nostro tempore hac inquirentes scientiam peruenimus ad hoc idem,
quod & similiter nullo ingeniorū præparationis modo potuimus corpora il-
lustrare cum complemeto sui fulgoris lucidi, quin contingat illa ex toto
infici & denigrari potius, propter hoc igitur & nos similiter in stupore ad-
ducti multi epis spacio sub desperatio[n]is umbraculo delitium. redeun-
tes igitur in nosipso, nosipso torquentes immense cogitationum medi-
tationis afflictionibus respeximus a pfectio[n]e corpora diminuta in profundo

suæ naturæ seda existere. & nihil ex eis fulgidū inueniri, cum in eis secundum naturā non sit. Non enī inuenitur in re quod in illa non est. Cū igitur nihil pfecti in illis inueniatur, necessario & in eisdē nihil superfluum inueniri relinquetur in diuersarū substantiarū separatiōe in illis & in pfundo suę naturę. Ideoq; per hoc inuenimus aliquid diminutū in illis fuisse quod cōpleri necessario accidit per materiā sibi cōuenientem & diminutū completere. Est igitur diminutū in illis. *N*paucitas ar. vi. & non recta spissatio eiusdē. Igitur cōplementum erit in illis ar. vi. multiplicatio & spissatio bona & fixio permanens. hoc aut̄ per medicinā ex illo creatā perficitur. hæc enim cum ex ar. vi. sit inesse deducta per illius beneficiū luciditatis Splendoris illorū fuscedinē palliando celat & tēgit, & splendorē educit. & in fulgorē conuertit. Cum enī ar. vi. in medicina præparatū per nostrū artificiū sit mundatū, & in substantiā purissimā & fulgidissimam redactū. projectū super diminuta a pfectiōne illustrabit & sua fixione perficiet. Hanc vero medicinam in sua naturabimmo oratione. Relinquitur itaq; ex præiacentibus necessario duplē fore perfectionis inuentiōne necessariā. Aut vnam quidē per medicinā quę illam sui fulgoris splendore palliando regat & illustrando decoret. Cum nihil igitur superfluum sed potius diminutū in profundis corporū contingat reperi, si quid igitur superflui remoueri expedit, necesse est id ex manifesto suę naturę superueniens & tolli & moveri diuersis cum præparationibus, quas in hac oratione nos expedit narrare, primum quidem in eadem oratione louis & Saturni. Ultimo vero & aliorum secundum ordinem.

DE PRAEPARATIONE SATVRNI

& louis. Caput. lxvij.


PRAEPARANTVR igitur Saturnus & Iupiter, præparationibus multiplicibus secundū maioris perfectioni approximationis necessitatē cōmuni. s. & speciali præparationis modo. Cōmuni quidem est per gradus approximationis ad perfectionē multiplices. Est enim unus gradus approximationis. s. fulgur ex substantia munda. Alter vero durities cum suę fusionis ignitione. Tertio vero fixio per remotionem fugitiæ substantiæ. Mundificantur igitur & fulgida fiunt tripliciter, aut per res mundificantes; aut per calcinationis modum & reductionis; aut per solutionem. Per res igitur depurantes mundantur dupliciter, aut in calce redacta, aut in natura corporū.

LIBER

In calce vero redacta purificantur per hunc modum, aut per sales, aut per alumina, aut per vitrum. Et est ut cum corpus, s. iupiter & saturnus calcum extiterit, tunc infundatur super eorum calcem aluminum, aut saluum aqua, aut commisceatur cum ea vitrum & reducatur in corpus. hoc igitur totiens super haec corpora alternata vice reiteretur, quo usque munda complete se ostendant. Nam cum sales & alumina & vitrum fundantur fusione ne alia quae corpora, ideo ab illis separantur & secum terream substantiam ducunt relicta sola corporum puritate. In natura vero corporum similiter, & per eundem depurantur modum. Et est ut limetur subtilissime haec duo corpora, post hoc vero cum eisdem administrantur aluminibus salibus, & vitro videlicet, & postea in corpus reducantur. Et sic alternata vice reiteretur quo usque mundiora appareant. Mundantur & per ar. vi, lauas crum: modum cuius attulimus. Mundificantur & hic similiter utriusque generis corpora per reiterationis vicem calcinationis ad illa, & reductionis similiter cum sufficientia sui ignis quo usque mundiora apparetur. Per hanc enim mundantur a perfectione haec diminuta corpora dupliciti corrupte substantia, hic quidem inflamabili & fugitiua, illa vero terrea feculentia. Et illud ideo quoniā ignis omnē fugitiuam substantiam eleuat & consumit. Et idem ignis similiter in reductionis modo omnē substantiam terrę diuidit cum proportione sua. Et hanc proportionē in alio nostro volumine, quod de pfectiōne īvestigatione intitulatur conscripsimus: quod secundū ordinē hunc præcedit libriū. In illo enim quæcumque īvestigauimus secundū nostrae mentis rationem scripsimus, hic vero quod vidimus & tetigimus cōplete secundū scientiæ ordinē determinauimus. Mundificantur & haec utique similiter per solutionē suę substantiæ, cuius modum iam diximus, & per reductionem similiter eius quod ex eis dissolutū extiterit. Inuenitur enim illud mundius & pfectius quam alio quoquā præparationis genere hoc eodem præparationis modo. Et huic modo, nō comparatur modus nisi qui per sublimationē perficitur, & ideo huic æquipollit. Est & similiter præparatio in illis induratio suę molles substantięcum ignitione suę fusionis; & est ut ingeniemur in illis permiscere ar. vi, substantiam fixam in profundo illorū, aut sulphuris fixi, aut sui comparis, aut reb' duris, & non fusibilibus, sicut calx, marchesita, & tutia. haec etenim cum illis vniuntur & amictur, illa indurant, quo usque nō fundantur antequam igniantur. Et per medicinā perficiētē hoc idem cōpletur similiter, cuius narrationē ponemus. Et est similiter alter præparationis modus per motionē suę fugitiuę substantiæ, & hic quidē perficitur per cōseruatio-

nem post illū calcinationis gradum illorū in igne illis proportionali. Et quia ordo in modis præparationis contingit necessario, ideo ponamus ordinem completū ex illis. Primo igitur mundetur ex eis omnis substantia fugitiua & adustiua corrumpens. Dehinc vero terrea superfluitas deleatur. post hoc soluantur & reducātur aut per lauacrum ar. vi. lauetur complete. & hic ordo vtilis & necessarius est. ¶ Specialis attamen horum corporū præparatio. primū quidem Iouis est multiplex: una quidem per calcinationē, & per hanc induratur eius substantia magis q̄b Saturno non evenit. Etiā per alumina similiter. hęc enim proprie louem indurant: Altera vero per conseruationē eius in igne suae calcinationis. per hanc enim stridorem amittit & corporū similiter fractionem. quod Saturno similiter nō contingit. quia stridorem nō habet, nec corpora frangit. & per calcinationis reiterationē similiter ab acuitate salis stridorē amittit. Saturni vero secundario est præparatio specialis. s. per calcinationem a salis acuitate. per hanc enim induratur & per talē specialiter dealbatur. & per marchesitam & tutiam. Modos vero omnes præparationū determinauimus cōpletius in libro qui de perfectionis inuentione intitulatur. quoniam in hoc abbreviavimus summas illarum.

DE PRAEPARATIONE VENERIS. Caput. Ixix.



MITANTES igitur premissorum ordinē, durorū corporū præparations narremus. Primo igitur Veneris, deinde vero Martis. Est igitur Veneris multiplex præparatiōis modus. Alius quidē per eleuationem, alius vero sine eleuatione perficitur. Per eleuationē vero est modus s. ut accipiatur tutia cum qua Venus magis conuenit & secū per ingenia vniatur. deinde vero in suo sublimationis vase ponatur ad sublimandū, & per excellentissimū gradum ignis eius eleuetur pars subtilior quæ fulgidissimi splendoris inuenta est: vel cum sulphure misceatur per minima, & postea eleuetur per modum suū eleuationis iam dictum. Sine sublimatione vero præparatur, aut per rcs mundificationē facientes. aut in calce sua, aut in corpus velut tutia sales & alumina, aut per ar. vi. lauacrum: cuius modum attulimus. aut per calcinationes & reductiones vt in alijs narratum est, aut per solutiones & reductiones eius quod solutum est ad naturam corporis. aut per ar. vi. lauacrum mundificatur sicut & corpora reliqua a perfectione diminuta.

VII.

S.

ST.

7.71.

H

Onde pī

Satis ac
swide
tollit
Talke. 5.
Liber
ucatu

V.

LIBER
DE PRAEPARATIONE MARTIS.

Caput. lxx.



ARTIS vero præparatio est similiter multisplex. Quædam enim per sublimationem, quædā vero sine sublimatione cōpletur. Quæ vero per sublimationem, sit cum arsenico, cuius modus hic est. Ingeniemur t̄ profundi possumus eidē arsenicum nō fixum vnire ut cum fusione securi liquefacat. Postea vero sublimetur in vase propriae sublimationis. & hæc præparatio melior & perfectior inter ceteras reperitur. Est & alia præparatio ipsius Martis per arsenicū sublimatum, ab eo multotiens quo usq; maneat quācitas aliqua ipsius arsenici. hic enim si reductum fuerit emanabit albū fusi bile mundū preparatum. Est & similiter modus tertius præparationis eiusdē per fusionē illius cum plumbo & tutia. Ab his enim fluit mun dum & album. ¶ Sed quoniā ne minus sufficienter dixisse videamur cum nos determinaturos esse promissimus de durorū corporū ingenio sa mollificationē atq; mollium induratione per calcinationis modum. ideo illū non obmittamus, sed mollium quidē primo, durorum vero postea. Et est. s. vt soluatur ar. vi. præcipitatum, & soluatur corpus cal cinatum de cuius intentione sit indurari. & hę ambæ solutiones misce antur, & ex his alternata vice calcinatū corpus miscetur terendo & imbibendo & calcinando & reducendo quo usq; durum fiat cum ignitio ne fusibile. Hoc idem & cū calce & tutia & marchesita calcinatis solu tis & imbibitis perfici complete contingit. & quanto quidē hec mun diora tanto & perfectius mutant. Mollificantur & sin. iliter dura cor pora cum ingenio consimili. Et est. s. vt cum arsenico totiens coniunctur & sublimetur, & post arsenici sublimationē aslentur cum proportione sui ignis. Cuius modū narravim⁹ in libro fornacū. & vltimo reducantur cum expressione sui ignis in oratione sui dicti, quo usq; in fusione mollescant secundum exigentiam duricie corporis. Et hæ qui dem alterationes omnes sunt primi ordinis, sine quibus nō perficitur magisterium.

DE MUNDIFICATIONE ARGEN.

ti viui. Caput. lxxi.

GITVR expræmissis necesse est ar. vi. mundifica tionem cōplete narrare. Dicimus igitur quoniā ar. vi. m undatur dupliciter, aut per sublimationem, cuius

m undif.

I
H

Lauacrum
5 fol. 3

attulimus modū, aut per lauacrum cuius modis hie est. Fundatur ar. vi. in patella vitrea vel lapidea, & super ipsum aceri quantitas superspar gatur quod sufficiat ad illud cooperiendum. Dehinc vero super lentū ignem ponatur, & calefieri permitiatur in tantū ut digitis tractari permittat. Deinde vero digitis agitetur quo usq; in partes minutissimas diuidatur in pulueris similitudinē tam diu agitetur quo usq; aceti totum quod in illo infusum est consumetur omnino. Deinde vero qd in eo terreatis inuentū sit lauetur cum aceto & abiciatur, totiens igitur super illud opus reiteret quo usq; terreatas illius in coelestinū mutetur colorem perfectissimum, quod perfecte lauationis est signum. Ab his igitur ad medicinas est transeundum.

PRIMVM DOCVMENTVM.



Caput. lxxij.

FFERAMVS igitur imprimis sermonem vniuersalem in medicinis cum causis suis & experientijs manifestis. Innuimūs igitur qd nisi quidem omne superfluum siue per medicinam siue per præparationis modum auferatur ab im perfectis non perficietur. s. vt ab illis tollatur omnis superflua sulphureitas omnisq; terreatas immunda. ita scilicet qd de commixto non separantur in fusione post proiecctionem medicinæ alterantis illa. Cum hoc quidem inuenieris, iam ex perfectionis differentijs, yham habes.

SECUNDVM DOCVMEN TVM.

SIMILITER utq; nisi & medicina illustret & alteret in colorem album aut citrinum secundum intentionem quā quæris, quæ fulgoris splendore amænitatis luciditatem adducat: non perficiuntur a perfectione corpora diminuta in complemento totaliter.

TERTIVM DOCVMEN TVM.

MPLIVS autem & nisi fusionē lunarem aut solarem determinate adducat, non est in complemen to alterabile, quoniam in iudicij non quiescit sed de cōmixto separatur omnino & recedit. Hoc aut a nobis latius determinatū in sequentibus demon stratur in causa de cineritio. Amplius aut & nisi perpetuetur medicina cum impressio[n]is alteratione firma, non valet ipsius mutatio, quoniam non permanet sed evanescit impressio.

H ij

LIBER

QVARTVM DOCVMENTVM.



MPLIVS autem & nisi pondera perfectio-
nis adducat non mutat sub cōplemento naturæ
firmo & vero cui nō sit fraus per credulitatis ero-
rem. Est enim pondus naturæ vnum ex per-
fectionis signis. Patet igitur cum perfectionis
differentiæ quinq̄ sint: necesse est & medicinā
nostrī magisterij has, s. adducere in proiectione
differentias. Per hoc igitur patet ex quibus ma-
teria nostra eliciatur. Nam per ea elicitur quæ maxime corporibus ad-
iunguntur, & amicabiliter eisdē in profundo adherēt alterantia. Ideoq;
cū in rebus ceteris exquirentes, non inuenimus inuentione nostra rem
aliam magis q̄ argen. vi corporum naturis amicari. per hoc opus no-
strum in illo impendentes reperimus ipsum esse veram alterabiliū me-
dicinā in complemento cum alteratione vera & non modice peculiola.

QVINTVM DOCVMENTVM.



EST AT igitur nos substantiā ipsius & pro-
prietatis substantiæ differentias determinate aſcri-
bere. Et cum non inuenimus ipsum sine altera-
tionis naturæ illius administratione mutare, inue-
nimus & similiter ipsum preparari debere neces-
sario, cū nō permisceatur in profundo abſcq; il-
lius præparationis modo. Eſt. s. vt talis fiat il-
lius substantiā q̄ permisceatur in profundo vſcq;
ad profundū corporis alterabilis sine separatione in eternū. Hoc autē nō
fit nisi subtilietur valde cum præparatione determinata & certa in capi-
culo sublimationis; & non permanet eius impressio similiter nisi figura-
tur: nec illustrat nisi fulgidissima ex illo eliciatur substantia cū sui mo-
di ingenio & modo suæ operationis per ignem cōgruum. Et nō pre-
stat fusionē perfectam nisi in illius fixione adhibeatur cautela cum hac
dura remollire & mollia indurare. est tamen talis, vt cum sufficien-
tia seruetur suæ humiditatis proportionate secundū exigentiam eius que
queritur fusionis. Per hoc ergo patet q̄ ipsius talis præparetur & admi-
nistretur præparatio qua fulgidissima & mundissima substantia ex il-
lo creetur. Deinde vero figuratur & cautela eidem exhibeatur vt. s. exerce-
tur artifex in administratione ignis in modo suæ fixionis quo possit
ex illo deleri humiditas in tantum q̄ sufficiat ad fusionē perfectam cō-
plendam. Et est scilicet, vt si queris per hanc corpora fusionis dura-


mollificari in principio suae creationis latus adhibetur ignis. Ignis
 enim latus humiditatis est conseruatus & fusionis perfectius. Si
 vero molia indurare, ipsius componatur ignis vehemens, talis enim
 ignis humiditatis est consumptius & fusionis turbatius. Et has
 quidem regulas omnes in omni medicina bonae mentis artificem ne-
 cessario considerare expedit. Et multas similiter alias in ponderis mu-
 tatione considerationes adducere necesse est cum causis suis & ordine
 congruo. Est igitur causa ponderis magni subtilitas substantiae corpo-
 rum. & uniformitas in essentia. per hoc enim tantum illorum possunt
 densari partes cum nihil intercidat; & partium densatio ponderis est ad-
 ductio & illius perfectio. Patet igitur quod tam corporum administratio-
 nis præparatione quod ipsius perficiens medicinæ modo per operis arti-
 ficia subtilitatem perquirere necesse contingit, quoniam quanto maioris
 ponderis sunt corpora transmutata tanto & maioris sunt perfectionis
 inuenta inuestigatio per artem. Completur igitur sermo utilis de me-
 dicinis si omnium medicinarum differentias narramus. Innuimus quidem
 quod medicinarum triplice differentia esse necessario accidit. Alia est primi
 ordinis, alia vero secundi, alia vero tertij. Dico autem primi ordinis me-
 dicinam omnem præparationem mineralium, quæ super diminuta a per-
 fectione corpora projecta, alterationem imprimit, quæ non adducit
 complementum sufficiens, quin non contingat alteratum mutari et corrumpi,
 cum euaporatione impressionis medicinæ illius totali, sicut est oīs
 sublimatio dealbatua veneris aut martis, quæ fixionem non suscepit. &
 huiusmodi est omne additamentum coloris solis & lunæ; aut veneris co-
 mixtorum super furnum cementi positum zimar & similiū. hic enim mu-
 tat immutatione non stante, sed potius diminuente se per exalationem. Se-
 cundi vero ordinis medicinam dicimus omnem præparationem quæ quan-
 do super diminuta a perfectione corpora projecta est, alterat in differen-
 tiā aliquam cōplementi, relictis differentijs aliquibus corruptionis
 omnino, velut est calcinatio corporum, qua omne fugitiuum deletur. Es-
 est huius generis medicina perpetuè lunam citrinans, aut perpetuè ve-
 nerem dealbans, relictis alijs in eis corruptionis differentijs. Tertij vero
 ordinis medicinam appello, omnem præparationem que quando corporib⁹
 aduenit, omnem corruptionem cum proiectione sua tollit, et cum oīs cōple-
 menti differentia perficit. haec autem est unica sola, & ideo per illam excusa-
 mur a laboribus inuentionis. x. medicinarum secundi ordinis. Primi
 igitur ordinis opus minus appellatur. Secundi vero medium. Tertij
 vero maius. Et haec est omnium medicinarum differentia sufficiens.

Hij

LIBER

DE MEDICINA PRIMI ORDIS

Caput. lxxij.



X ORDINIS igitur determinati permis-
sione secuta. Cum quidē alia sit medicina cor-
porum, alia vero ar. vi. Et corporū quidem alia
primi ordinis, alia vero secundi, alia vero tertij
& ar. vi. consimiliter. Narremus igitur omni-
um medicinarū differentias primi ordinis. de
inde vero secundi. deinde vero tertij. Corporū
quidem primo. Postea vero in ar. vi. medicina
cum sermone completo & ordine congruo narrationē tradamus. Di-
cimus igitur quoniā primi ordinis medicina corporum, alia est duros-
rum corporū, alia mollium. Durorū quidē corporū, alia veneris, alia
martis, alia vero lunæ. Veneris quidem & martis est pura illorū sub-
stantiæ dealbatio. Lunæ vero rubificatio cum citrinitate fulgoris ameni.
Quoniam veneri & marti rubificatio nō adducitur primi ordinis me-
dicina, cum fulgoris apertione, quoniā ex toto immunda sunt, nō apta
tubedinis fulgorem recipere, priusq; illis adueniat præparatio fulgore
adducens. Narremus igitur in primis veneris medicinas omnes. po-
stea vero martis, quæ cadunt in ordine primo. ¶ Est igitur medicina
venerem dealbans, alia per ar. vi, alia per arsenicum. Per ar. vi. quip-
pe sic compleatur medicina dealbans illam. Soluitur etenim primo ar.
vi. præcipitatū, & soluitur similiter veneris calcinatio, & hæ ambæ so-
lutiones cōmisercentur in vnum, dehinc vero coagulantur, & super ipsi
corpus proicitur eorū medicina. hæ enim dealbat & mundat. Ampli-
us aut & aliter soluitur præcipitatum ar. vi. & soluitur licargirium. &
hæ ambæ solutiones coniunguntur in vnum. & soluitur corporis cal-
cinatio de cuius intentione sit dealbari, & coniungatur cum predictis
solutionibus, & deinde coagulantur. dehinc vero super illius corpus
proiciuntur, dealbature enim per hanc. Aliter aut sublimatur alternata
vice ex illius corpore ar. vi, quantitas, quo usq; cum illa permanet ar.
vi. pars, cum ignitione completa. dehinc vero ex aceto distillato sepsi-
me imbibendo teratur ut in profundo illius melius commisceatur. ab
hinc vero assetur, & ultimo consimiliter ab ar. vi. sublimetur & iteratio
imbibatur & assetur. Et sic totiens reiteretur opus sup illa, quo usq; mul-
ta ar. vi. quantitas in eo cum ignitione completa quietcat. hæ enim
primi ordinis bona est dealbatio. Aliter aut super ar. vi. præcipita-
tum sublimetur. ar. vi. in natura propria, quo usq; in illo figuratur &

fusionem prestet. Dehinc vero super veneris substancialia proiciatur. & dealbatur peculiore. Aliter enim soluitur luna; & soluitur litargirium & coniungatur solutiones. Ex his veneris substancialia dealbatur. Sed & melius quidem dealbatur, si in omnibus medicinis perpetuetur, ar. vi. Dealbatur vero per arsenicū sublimatum, ut si accipiatur calcinatio veneris & super illam iteretur eiusdem sublimatio quo usq; secum maneat & illam dealbet. Sed nisi ingenia ueris teipsum cum modis sublimatum, nō perseverabit in ea arsenicū alteratione aliqua. Et est s. vt post primū sublimationis gradum secundario reteres quē narrauimus in marchasitae sublimatione. Dealbatur vero & aliter, sublimatum arsenicū in lunam proicias: dehinc vero hoc totū supra venerem: dealbat enim peculiore. Aut cōmisse prius litargirium vel plumbū vstum solutum cum luna. deinde vero super hoc arsenicum superiactet. & hoc totum super venerem projectū dealbat, & est primi ordinis bona dealbatio. Aut solū super litargirium solucū et reductum proiciatur arsenicū sublimatum, & hoc totū super veneris fusionē. quoniā dealbat eam cum circūlatis aspectu. Aut cōmisseantur luna & venus, & super hās proicia tur omnis medicina dealbativa. luna etenim amica est arsenici magis q̄z corporū aliquod. & ideo fractionem ab eo tollit. secundario vero saturnus. & ideo cum illis cōmiscemus. aliter autē arsenicū fundimus sublimatum quo usq; fiant frusta. deinde vero frustum post frustum super venerem proicimus. lubemus etenim in frustis potius q̄z in puluere proici: quoniā facilius inflammatur puluis q̄z frustum. & ideo facilis evanescit q̄z frustum; & consumitur prius q̄z super corpus cadat ignitum. Tollitur autem & aliter rubedo illius cum tutua videlicet & dealbatur. Sed quia tutię dealbatio non sufficit, ideo solum citrinat. & citrinitatio quelibet albedini est affinis. Et est modus huius. s. vt soluat & calcinetur omne genus tutiæ. deinde vero venus, & hæ ambæ coniungantur solutiones. & cum his citrinetur veneris substancialia. & cum tutia si exerceueris proficuum inuenies. dealbatur vero per sublimatam marchesitam, quemadmodum cum sublimato argento viuo, & est modus idem.

DEALBATIO MARTIS.

Caput. lxxij.

RESTAT ergo & dealbationes Martis ex medicinis sibi proprijs creatas narrare: que sunt secundum essentiam primi ordinis, secundum quē fusionē nō habet recipiam. ideo expedit nos cum medicina fundente illam dealbare. Est

H. iiiij.

LIBER

igitur omnis medicina veneris dealbatia & martis similiter cum eiusdem ordinis præparatione, sed fusua illius specialis est arsenicæ cuius cunctæ generis. cum quocunq; igitur dealbatur & funditur, expedit q; cum ar. vi. coniungatur & lauetur quouscq; omnis impuritas tollatur ab illo & fiat album & fusibile. aut calciat cum ignitionis vehementia. & super ipsum cicatitur arsenicum. & cum fusum fuerit illum, proice lunæ quantitatem. quoniā quando secum vnitur non separatur ab eo per leve artificium. Aut calcinetur & lauetur omnis ex ipso solubilis aluminositas corruptionis infectionem adducens, per modum solutionis iam dictum. dehinc vero ab illo sublimetur arsenicum mundatum per sublimationem aliquā, & reiteretur multotiens quouscq; secū, tali quod ex illo figatur. Dehinc vero cum soluzione litargirij alterna vice imbibatur commiscendo & agitando & assando alterna vice, & ultimo reducendo cum igne quem docuimus in Iouis reductione a calce sua. Ex hac enim exhibet albus & mundus fusibilis; Aut solum cum arsenico sublimato in calce sua reducatur & exhibet albus & mundus fusibilis. Sed eandem artificē expedit exhibere cauelam, quemadmodum in veneris reiterarione sublimationis ab ea arsenici figentis se in illius profundo docuimus. Dealbatur & similiter per marchesitam & tutiam cum ingenio & industria quæ tibi narrauimus, sed horum dealbatio aut mundatio non est sufficientis.

DE MEDICINA LVNAM CITRI.

nantis. Caput. lxxv.



ROSEQUENTES igitur præmissorū ordinē lunæ medicinam substantiā citrinantē in ordine primi generis narremus cum veritate certa, & est s. medicina quæ eidē in profundo adharet, & adherendo colorat, siue per naturā propriā, siue per artificium huius magisterij. Narremus igitur medicinā, quæ ex sua radice innata illi adheret, deinde vero articia per quæ facimus rem cuiuscq; generis adherere cum ingressione firma. Elicimus aut̄ illam aut ex sulphure, aut ex vi, ar. aut ex amborum commixtione, sed per sulphur di minute quidem magis, per argen. vero viuum perfectius. Elicitur autem & similiter per quasdam res minerales inutiles quæ non sunt huius generis. quemadmodum est vitriolum & cuperosæ, quod & gumma cupri aut eiusdem stibicidium nuncupatur. Afferamus igitur in proximis modis omnes medicinarum quæ ex argento viuo consurgunt, deinde

vero quæ ex sulphure, aut ex amborum commixtione. Ultimo vero &
 quæ ex gumma cupri aut similiū. Est igitur modus eius quæ per ar.
 vi. fit talis. Sumatur præcipitatū per præcipitationem eius mortifica-
 tum & fixum. deinde vero ponatur in furnū magnę ignitionis ad mo-
 dum conseruationis calcium, quē docuimus, donec rubescat in simili
 tudinē vissur. Si vero non rubuerit tolle ar. vi. non mortificati partē,
 & cum sulphure reitera sublimationē illius. Sit tamen sulphur omni
 impuritate mundatum, & vi. similiter ar. Et postque vigesies illius sub-
 limationem teiteraueris super ipsum præcipitatum, illud dissolue cum
 aquarum acutamine dissoluente. & iterato illud calcina, & iterato dissol-
 ue donec exuberanter sufficiat, post hoc lunæ partem dissolue, & cum
 soluta fuerit, solutiones commisce & coagula. & super lunæ fusionem
 proicias: citrinabit enim citrinitate multum peculia. Si vero argē. vi.
 in præcipitatione rubuerit, ad projectionē suæ perfectionis sufficit ad-
 ministratio dicta, sine cōmixtione rei tingentis illud. per sulphur vero
 rubificatur, sed illius est rubificatio difficilis & laboriosa immense. Ci-
 trinatur vero & luna cum martis solutiōe similiter. Ad hoc nos indu-
 cit operis necessitas ut prius calcinemus illud & figamini, quod laboris
 est copia. Dehinc vero hac eadem preparatione administrēmus, & eadē
 projectione sup lunę substantiā infundamus. & tamē non resultat eius
 citrinatione fulgens, immo fusca & liuens & citrinitate mortifera. Eius ve-
 ro quæ per vitriolū aut coperosam perficitur, citrinationis modus est
 talis. Tollatur illorū vniuersitatemque quantitas certa, & illius sublimetur
 pars que sublimari potest, donec cū expressione sublimetur totali. Post
 hoc vero iterato que sublimatū est sublimetur cū modo ignis illi appro-
 priati, ut ex eo figatur pars post partem, donec maior illi⁹ figatur pars.
 postea vero calcinetur cum ignis cautelē intentione, ut possit illi maior
 ignis ad perfectionē administrari. Post hoc vero soluatur in aquā ru-
 bicundissimam cui non est par. Dehinc vero ingenieris ut illi ingress-
 sum in lunare corpus exhibeas. & hæc ingenia tibi sufficienter monstra-
 ta sunt. si perfecti fueris operis exquisitor. quod scripsimus. & quia
 res huius videmus lunæ profunde & amicabiliter adherere, considera-
 uimus, & est certum has esse de illorum radice, & ideo per illas alterari
 contingit. Hæc vtque sunt medicinæ omnes primi ordinis quas attu-
 limus. Possunt tamen illarum plures multiplicari modi salua pigmen-
 talium rerum in modorum varietate c̄scentia. argentum quippe vi-
 non est medicina in hoc ordine primo. cum non sit medicina ipsum
 alterans, vñita differencia, immo in complemento totali omnino.

LIBER

Quidam vero plures inuenierunt medicinas, sed unum ex duobus necessario evenire contingit. quoniam aut ex eisdem: aut ex eadē naturā habentibus illos medicinam creare necessariū est; aut medicinam compoununt quae eis quod non est æquipollit cum alteratione sua, & quae nec mundo confert, nec mundi partibus donec motor in sublimi naturae mobili quieuerit incorruptus.

DE MEDICINIS SECUNDI OR. dinis. Caput. lxxvi.



EST AT nos igitur ad secundi ordinism edi-
cinas transire cum sermonis sui exigentie suffici-
entia vera, & manifestis probationib⁹ cum expe-
rientialia vera. Cum sit igitur medicina alia corpo-
rum mutandorū, alia vero ar.vi. pfecte coagula-
bilis. Prius tamē omnium medicinas corpori nar-
remus cōplete. Dehinc vero ad ipsius eiusdem
ar. vi. medicinā coagulabilis in solificum lunifi-
cumq; verū. Est igitur secundi ordinis medicina, quae quidē imperfes-
cta sola perfectionis vnta differentia complet. Verū cum multæ sint
corruptionis cause in unoquoc; imperfectorum corporum, videlicet in
Saturno quidē sulphureitas volatilia, & ar. vi. fuga, per quæ corruptio-
nem adduci necessario accidit & illius terreitas. Fiat igit̄ medicina quæ
quidē alterum eorū, aut ex toto tollit; aut palliando decoret relictis fo-
lis alijs imperfectionis causis. Quia igit̄ corporū est aliquid imper-
mutabile quod in corporū radice innatū est. quod per secundi ordinis
medicinā tolli non potest. ideo omnis illa medicina quæ illud de cō-
mixto tollit. nō secundi ordinis, sed tertij & maioris ordinis appellat
medicina. Et quia superfluitates fugientiū inuenim⁹ per calcinationis
modū tolli, & per reductionis terreitas non innata, ideo necesse fuit me-
dicinā secundi ordinis inuenire, quae quidē innatū palliet. & dum re-
molliat & molle induret, in duris, s. & mollib⁹ secundū complementū
non sophisticū sed solificū aut lunificū imperfectorum corporū perfecte
constituant lunificū verum. ¶ Cum pateat igit̄ in corporib⁹ solis qui-
dem mollibus per ingenia huius artificiorū operis non posseliquefa-
ctionis festinanciam tolli nec impuritatem in sui radice principiorū in-
natam; necessario evenit medicinā percunctari; quæ quidē in projectio-
ne illorū tenuitatē inspissat, & inspissando ad suæ liquefactionis igni-
tionis sufficientiā induret. In duris spissitudinē attenuat, & attenuando

*corruptionis
corporis imper-
fectiorum causa*

ad fusionis velocitate sufficiente cum proprietate ignitionis adducat.
 & virtusq; generis corporū fuscedinem palliando decorer. hic in albū
 illa vero in cinnam transformet perfectissimū. Non autem diuersifi-
 catur hæc medicina a tertij ordinis medicina, nisi per minoris præpara-
 tionis imperfectionem: & non diuersificatur a se quod in diuersorum
 corporū projectione & pigmentorū acceptatione constat: sed in modo
 præparationis. Similiter & alia eget præparationis industria corporū
 mollium medicina tenuitatem inspissans: alia vero durorū attenuans
 spissitudineē. hæc quidem ignis cōsumptiu modo: illa vero humidis-
 tatis cōseruationis administratione eget. ¶ Afferamus igitur sermo-
 nem vniuersalē in medicinis huius secundi ordinis completū cum de-
 terminatione certa & vera. & prius omnes lunationes omniū a perfe-
 ctione dīminutonū corporū cum differentijs præparationis eorū. De-
 hinc vero solariū cum proprijs similiter differentijs. Probauimus iam
 ex nostris sermonibus, sulphur cuiuscq; generis perfectionis esse cor-
 ruptuum: ar. quippe vi. perfectuum in operibus naturæ completis
 regiminibus. Igitur & naturā mutantes minime, sed imitantes, in qui-
 bus nos est possibile sequi operib;. Et ar. similiter in huius operis ma-
 gisterio vi. assumimus in cuiuscq; pfectioñis medicina, s. & solariū tam
 quidem imperfectorū & q; ipsius ar. vi. coagulabilis. Cum iam ex no-
 stris sermonibus duplicem medicinæ differentiam diximus.
 Aliam quidē corporum: aliam quidē ar. vi. verè coagulabilis. Corpo-
 rum quidē prius: ab inde. ar. vi. narrationem medicinæ tradamus cer-
 tam. Est igitur p̄ se huius medicinæ materia cuiuscq; generis vnitā &
 est, qd iam sufficiēter notum est. Assume igitur illud, & si vis ad luna-
 rem secundum ordinē tibi promissum exercitatu te redde, & præpara-
 to illud cum modis huius magisterij notis, quorū intentio est ut pu-
 ram ex illo substantiā diuidas, & partem quidē figas, partem vero ad ce-
 randum obmitte, & sic totū magisterium prosequendo donec comple-
 as tentatā illius fusionem. q; si se subito fudit in duris perfecta est, in
 mollibus vero econtra. Hac enim medicina super imperfectorū vnum
 quodq; projecta, in lunare perfectum mutat corpus: si quidē peruenis-
 ent huic medicinæ præparations note. Si vero, non diminutū relin-
 quit, sed perficit in altera perfectionis differentia tantū, quancum ex hu-
 ius generis medicinæ ordinis administratione dependet. quantū vero
 ex tertij nō perueniente administratione aliqua, perficit in pfectioñe sola.
 Solaris vero huius secundi ordinis medicina, imperfectorū & cuiuscq;
 corporū, est eadē materia, et administratiōis eodē regimine cōmunicās;

LIBER

In hoc tamen differentia habet, s. in maiori partium per modos proprios subtiliatione egestus, atq; sulphuris subtili præparationis regimine administrati cōmixtione, cū materia modo nota additio. Et est regimen, s. ipsius purissimi sulphuris fixio & solutio eius per modū. Cum hoc enim tingitur medicina, & cum hoc projecta super vnum quodq; a perfectione diminutorū complet in cōplemento solari quantum ex huius secundū ordinis medicinæ præparatione dependet administratione perueniente nota & certa ipsius a perfectione diminuti corporis. Et super lunam quoq; projecta perficit eam in complemento solari peculioso multum.

DE MEDICINA COAGVLANTE

argentum viuum. Capū. lxxvij.



ECUNDVM igitur præmissorū ordinē restat ex operis cōplemēto quod ex primis nos determinaturos exhibuimus, in medicinā igitur ar. vi. coagulantis ipsam narrationē transire. Dicimus igitur quoniā ex eiusdem illius elicitur materia, scilicet ex noto in capitulis huius operis multiplicibus. & illud ideo. quoniā cū fugitiuum sit ar. vi. de facili absq; inflāmatio-
ne aliqua medicina egēt quæ subito ante fugam eius in profundo illi adhereat. & illi per minima coniungatur & illud insipisset. & sua fixio
ne illud in igne conseruet quousq; adueniat illi maioris ignis tollē-
rantia eius humiditatē consumētis, & conuertat illud per hoc benefi-
cium in momenio in solificū & lunificū verū secundū illud ad quod
medicina fuerit præparata. Cum igitur nō inuenimus aliquid magis
illi conuenire q; ipsum quod suæ naturæ est. ideo per hoc est iauim
cum eo medicinā illius complere. & ingeniat sumus formā medici-
næ illi per ingenia præstare. Et est, s. vt præparetur cū modis suis iam
dictis cum diuturnitatis laboris instantia, qua omnis illius substanc-
ia & purissima alba quidē in luna. citrina vero intensa in sole perhibe-
atur perfecte. & hoc quidē non cōpletur ut citrinum creet sine mixtio-
ne rei tingentis illud quæ lux est naturæ. Dehinc vero cū hac purissi-
ma ar. vi. substantia perficiatur cum huius magisterij operis ingenij
medicina quæ maxime ar. vi. adhereat. & fundatur facilime & illud
coagulet. Conuerteret enim hoc in solificū & lunificū verū cum præ-
paratione illius præhabita. Sed ex quibus maxime hæc ar. vi. substan-
tia elici possit soler quæri. Et nos quidē respondentes narramus q; in

qui^{bis} est ex illis elicetur. Est autem tam quidem in corporibus & in ipso argē. vi. secundum naturam: cum vnius sint reperta naturae. Sed in corporibus difficulter. In vi. autem ar. perfectius. igitur cuiuscunq^z generis sit medicina tam quidē in corporibus & in ipsius ar. vi. substantia lapidis preciosi indagatur medicina. Sed quoniam contingit quā docē medicinā commisceri, quandoq^z vero nō. ideo modum permiscenti narrabimus. s. qualiter unaqueq^z res in corpus profundissime ingressum acquirat, aut unaqueq^z medicina non intrans. & est modus per dissolutionē eius quod ingreditur, & per dissolutionē eius quod non ingreditur. & per cōmixtionem ambarū solutionū. facit enim ingressuum esse omne illud cuiusvis generis quod illi per minima consurgitur. hoc autem per solutionem completur, & completur per solutionem fusio in rebus non fusilibus. & ideo magis apta sunt ingredi & alterare. Et hæc ideo est causa quare quasdam res calcinamus, quæ nō sunt de natura hartū, s. vt melius soluantur: & ob hoc soluntur, vt melius ab eis corpora impressionē suscipiant, & ab eis similiter per hæc præparentur & mundentur. aut ingressum damus his quæ sua spissitudine ingredi non permittunt, cū multiplici sublimationis reiteratione spirituū non inflamabilium super illa arsenici videlicet & ar. vi. non fixorum, aut cum multiplici reiteratione solutionis eius que ingressum non habet. Est tamen bona cautela ad ingressum rebus in permiscilibus danda, vt soluantur corpus. de cuius sit intentione per has mutari & alterari. & soluantur res quarū intentionis sit ingredi cum alteratione. Non fiat tamen omnium partū solutio, sed quarundam. dehinc illud & non aliud imbibatur corpus vice post vicem, per hoc enim beneficū in id solū ingressum habet necessario, non aut in quo cunq^z alio corpore necessario hoc contingit. Ex his igitur modorū ingenjs necesse est rem quālibet ingressum quo ex illius naturae penderet beneficio habere & alterare cum permixtione inuenta. Per hunc igitur sermonē x. medicinariū completur numerus cum suæ traditionis sufficiencia. Restat igitur nos ad tertij ordinis medicinam transire.

DE MEDICINA TERTII ORDINIS.

nis. Caput. lxxvij.

EST AVTEM huius ordinis medicina duplex. s. solarij & lunaris. & est tamen in essentia una, & agendi modus similiter. & ideo unica medicina nuncupat a nostris veteribus quoī scripta perlegimus. Est tamen additamentū citrinantis coloris qui a sulphuris fixi mundissima

LIBERI

perficitur substantia. Differentia inter hanc & illam lunare. s. & solarem. hæc quidem id in se continet, illa vero non. Est tamē hicordo recessus maioris operis ordo appellatus. & illud ideo: quoniam maiori sagacitatis industria in illius administratione & perfectionis præparatione & labore longiori ad veritatis complementū indiget, & idco nō diversificatur huius ordinis medicina, a secundi ordinis in essentia villa tenus nisi per subtilissimos preparatiōis gradus in creatione illius, et per diuturniore laboris instantiā. Et hos gradus omnes narrabimus cum cōplemento sermonis. Et præparationis modū complete cum causis suis & experientijs manifestis. & modorum gradus administrationis plures huius tertij ordinis. Alio etenim gradu eget solaris medicina in pigmentorū præparatione completa. Alio vero lunaris. hæc quidem sulphuris administratione tangentis eam. illa vero non. Primū igitur administrationis modū lunaris medicinæ narramus. Et est ut accipias lapidem illius notum, & per separationis modū illius purissimā partē diuidas, & scorsum ponas. Dehinc vero eius (quæ purissima est partis, aliquid figas. & aliquid ex illa relinquas. & cum fixa fuerit, solue quod ex illa solubile fuent. quod vero non solubile ad calcinationē mittas. & ab hinc super idem solutionē reitera. donec iterū quod ex ea solubile est: soluatur omnimode. Sic igitur ordo iste seruetur quo usq; maior soluatur quantitas. Post hæc vero solutiones omnes simul commisce & coagula. Dehinc vero leuiter assando in ignis temperamento, conserua quousq; illi maior ad illius exigentiā ignis ministrari possit. Post hoc vero, primū solutionis ordinem serua, quousq; iterato totū soluat quod ex eo est solubile. & iterato coagula & iterato in ignis tempore reteramento conserua, quousq; iterato illi possit ignis maior ad eius perfecitionem ministrari. Omnes igitur hos ordines præparationis, super illa quater reitera. & ultimo calcina per modum suum & sic preciosissimam lapidis terrā sufficienter administrando rexisti. Deinde vero seruate partis non fixæ, cum hac terræ parte administrate quantitatem, per ingeniorum subtilem coniunge modum, per minimā. Et sic ingenium hoc intentionis leuationis eius per modum sublimationis dictum quousq; fixum cum non fixo leuetur totaliter. quod si non ad ueniat, addatur illi iterato vicissim non fixæ partis quantitas, quousq; ad elevationem illius sufficiat. Cum igitur eleuata fuerit reiteretur illius sublimatio quousq; per hanc administrationis reiterationem figura totum. Cum igitur fixum fuerit iterato cum non fixæ partis quantitate post quantitatē combibe per ingenium ubi notum, quousq; totū

iterato leuetur. Igitur iterato figatur quo usq; fusionē p̄f̄st̄ facilem
cum ignitione sua. Hęc enim medicina est quę omne a perfectione di-
minutum cōrpus omneq; cuiusq; ar. vi. generis in lunare perfectissi-
mum transformat cōrpus.

Capit. lxxix.



OLARIS igitur huius medicinæ p̄paratiōni non adurentis sit additamentū sulphuris
per modum fīgentē & calcinantem cum astute
industria administrati perfecte, atq; solutio-
nis modū multiplicem cum reiteratione multa,
quo usq; mundum fiat. his quidē administra-
tione perfecta perueniente. quæ per sublima-
tionem perficitur. Et est huius (s. additamenti)
modus per reiterationē partis non fixi lapidis sublimationis cum inge-
nio coniungendi quo usq; eleuetur cum ea. & iterato cum illa figatur
vt stet. Et quanto huius cōplementi exuberantie ordo reiteratur pluri-
es: tanto & huius exuberantia medicinæ multiplicatur magis & illius
magis augetur bonitas. & multiplicatur illius augmentū perfectionis
maxime. Et nos quidē ne mordeamur ab imp̄is complementū narra-
mus totum huius magisterij sub breui sermone completo & noto. Et
est illius intentio vt per sublimationis modū mūndetur perfectissime
lapis & illius additamentū. & ab hinc quidcm cum īgeniorū modo
volatuum ex eis figatur, dehinc vero fixum volatile fiat & iterato vola-
tile fixum. & in hoc ordine compleetur archanum preciosissimum, quod
est super omne huius mundi scientiarū archanum & thesaurus incō-
parabilis. & tu quidem exerciteris ad illum cum laboris instantia maxi-
ma & cum diuturnitate meditationis immense. cum illa enim inuenies
& sine illa non. Et huic quidem medicinæ reiteratio bonitatis admi-
nistratio cum talis cautelę industria potest in p̄paratione lapidis
eueniare quo usq; argen. vi. mutet in infinitum solificum & verum lu-
nificum, & non dependet nisi in multiplicatione illius. Iam igitur lau-
detur sublimis naturarum Deus benedictus & gloriosus, qui nobis
omnium medicinarū reuelauit scriē, cum illius experientia, quam illi
instigatiōis bonitate & nostri laboris instantia p̄quisiuim⁹, & oculo
vidim⁹, & manu tetigimus cōplementū illius nostro magisterio inda-
gatum. Sed & siquidē hanc palliauimus, non miretur doctrinæ filius
non enim illi palliauimus, sed malis & improbis eam tali sermone tra-
didimus quam latere insipientem necessario accidit, & eodem ad illius

Iij

LIBER

inventionis perquisitionem prudentes allici. Filii igitur doctrinę perquirite & hoc excellentissimum Dei donum vobis solis seruatum. In insipientes nequitiae & maluolae prauitatis immensae ab hac scientia fugite quoniam vobis est inimica & aduersa. & vos in misericordiam pauperatis constituet, quoniā vobis penitus hoc Dei donum diuina prudenteria est occultum iudicio & denegatum omnino. Perquisitis ergo omnium medicinarum modis nostri propositi prosequentes initium, ad eas quæ huius magisterij perfectionem notificant cum probationū causis abhinc transiendum est.

DE EXPERIENTIIS PERFECTIO

nis operis. Caput. lxxx.



RAE TERMIS S igitur manifestis experientijs de quibus narrationem non fecimus cū omnibus sint notę & certę absq; illius sagacitatis ingenio, ponderis & coloris, & extensionis per malleum artificorum experientias tētemus cum cautela, an sit huius artis administrationis proiectio complementū cum veritate adducens quę sunt, s. cinericiū, cementū, ignitio, fusio, sup vapo res acutorū expositio, adurentis sulphuris mixtione, pbatio, extincio, calcinationis & reductionis reiteratio, & argen. vi. facilis aut difficilis susceptio. Primū igitur secundum ordinem inchoandum. dehinc vero secundum eundem ad alia, secundum promissionem perfecte cum mus cum causis eorum notis.

DE CINERITIO. Caput. lxxxi.



*samen
in critij*

*causa duracionis
metallorum in cinerario
sive copella*

ICIMVS igitur sermonē in cineritio cuī suis omnibus causis manifestissimis & suę fixioris modo. Est igitur sola solaris & lunaris substantia in cineritij perdurans examine. Perquierentes igitur horum corporū perfectiorū veras substantiae differentias & causas similiter cineritij, quare quædā magis quædam vero minus in huius magisterij examine a perfectione disminutorū perdurent p̄cunctabimur. Est tamē a nobis sufficienter narratum horū duorum secerum corporū in suę profundo substantiaz. Et est, s. quoniā illorū prima radix multa fuit ar. vi. quantitas & pusillima illius essentia et subtilissima prius, postea vero inspissata donec cum ignitionē fusionē suscipiat, quæcunq; igitur a perfectione dimis-

nata, plus terreatis habent; minus in hoc perdurant examine; quæcunque vero minus plus, quoniā hæc quidem magis adherent propter corporū partium subtilitatem maxime se permiscentem & vniuentem. Et quæ similiter maioris tenuitatis sunt corpora, aut econtra quidem quæ majoris spissitudinis corpora q̄b quæ in perfectio ne consistunt necesse est de cōmixto separari omnino. quoniā nō sunt eiusdē fusionis, & ideo separantur. Et quæ quidē minoris sunt ar. vi. quantitate participans, facilius de cōmixto separantur. Patet igitur q̄ cum multe terreatis saturnus, paucęq; ar. vi. quantitate, facilisq; tenuitatis liquefactio-
nis, quæ maxime a perfectionis examine cinerit, sunt opposita; ideo in
ter cætera corpora, minime in cinerit, artificio in commixto perdurat.
Imo citissime separatur & cedit. ideoq; cum inter cætera a pfectione di-
minuta corpora magis cedat. ideoq; p̄ hoc magis propriū est huius mā-
gisterij examen. & illud ideo. quoniā citius cedit & citius imperfecto-
rum vnum quodq; fecū de commixto trahit. Et propter hoc soluatur
maior perfecti quantitas ab ignis examinis cōbustione fortū, quoniam
non qui escit spacio temporis longo perfectū consumptioni examinis.
& ideo ex eo per plumbi examē minus comburitur & facilius depura-
tur. Quia vero Iouis substantia pluris, ar. vi. capax extitit. & mino-
ris terreatis quantitate, maioriue puritate illius atq; subtiliori substā-
tia participans; ideo magis in cōmixto soluatur q̄b saturnus & venus.
quoniā magis commixto in profundo adheret. Et ideo est causa hæc,
quare multa perfecti deletur quātitas prius quam ab illo separetur cō-
iunctus. Venus vero fusionem cum ignitione prestat, sed quia tardior
est illius q̄b perfecti fusio; ideo separatur de cōmixto tardius tamen
q̄b saturnus, propter ignitionem substantiæ suæ fusibilis. Quia vero
minoris est ar. vi. quantitatis q̄b Iupiter; & maioris terreatis & substā-
tiae spissioris, ideo facilis q̄b Iupiter de commixto tollitur. quoniā in
profundo magis Iupiter q̄b venus adheret. Mars vero fusionem non
habet, & ideo non permisceatur. quod propter suæ humiditatis priua-
tionem contingit. Sed & si propter ignis vehementiā illum permis-
tri contingat, quia humiditatem nō habet, lunæ aut solis humiditatē
combibendo ei per minima vnitur. Et ideo licet terreatem multam,
& argen. vi. paucitatem & fusionis carentiā habeat, non separatur ab
eis per artificium leue, per hoc igitur dilatatur industria ad cuiuscq; cor-
poris rectificationē veram. si recte eius quod scripsimus efficaciam no-
uerit. si vero fantastice super illud intellectum contraxerit, nihil ex eo
veritatis cognoscet. Sunt autem duo in huius perdurantia examinē

I iij

perfectionis corpora sol. s. & luna propter bonam compositionem quæ
 per bonam mixtionem resultat, & illorum puram substantiam narremus
 igitur modum illius, ut tollatur cinis cibellatus, aut calx, aut puluis ossi-
 um animalium combustorum, aut horum omnium commixtio, aut quo-
 rundam. Dehinc itaque cum aqua madefiat, & super illud praematur
 manus & fiat stratum firmum & solidum, & in medio strati fiat rotunda
 fouea & solida, & super illius fundum spargatur vitri triti quantitas alia
 qua. Deinde vero exsiccati permittatur. & cum sicca fuerit ponatur il-
 lud de cuius intentione sit tollerare huius examen in foueā dictam, &
 super illam carbones ignis fortis succendatur; & super faciem exami-
 nabilis suffletur corporis donec fundatur. quo fuso saturni parte post
 partem proiciamus in illud. & super illud suffletur cum flamma fortis
 ignitionis; & dum videris illud agitatū & moueri motu concussionis
 fortis non est purum. expecta igitur donec totū euaneat plumbum. quod
 si euauerit & non cesset illius motus, non est depuratum. iterato igitur
 super illud plumbum proice. & super illius faciem iterato suffla donec
 plumbum separetur. quod si non quicuerit, iterato plumbi projectio-
 nem & sufflationem in illius faciem proice, quousque quiescat. & videoas
 illud mundum & clarum in superficie sua. Post hoc vero carbones aperi
 & ignem dissipate. & in faciem eius aquam perfunde. hoc enim perfecte
 examinatum inuenies. & si quandoque in sufflatione huius examinis, vi-
 trum proieceris melius & perfectius depurabitur. quoniam fortes tol-
 lit & illas inuiscat. Potest tamen loco vitri sal proici aut borax, aut ali-
 men aliquod. Similiter & confici potest huius examen cinericum in crus-
 tubulo terreo & in circuitu illius sufflari & super faciem eius similiter ut
 circiter confletur examinandum. His igitur sufficienter narratis, ad ces-
 menti examen, transeamus cum cautis suis & suis experientijs manifes-
 stis & notis.

DE CEMENTO.

Capit. lxxxij.



IXIMVS igitur quoniā corpora quædam
 magis, quædam vero minus per ignis combus-
 runtur calcinationis modū. ut quæ pluris sunt
 sulphuris quantitatē combustibilis contingen-
 tia. quæ vero minus: minus. Quia sol igitur
 inter cætera corpora minoris est sulphuris quan-
 titatis. ideo inter cætera omnium mineralium
 corporum minime per ignis inflammationem
 cōburitur. luna vero post solem inter omnia corpora reliqua minus

est sulphuris quantitatis participans, pluris autem q̄ sol. Igitur minus potest secundum hoc inflammationis ignitionē temporis spacio longo tollerare q̄ sol & res per consimilem comburentes naturam, minus venus, quia sole & luna pluris est sulphuris, & terreatis maioris, ideo minus minus inflammationem illis tollerat. Iupiter vero minus venere, plus vero sole & luna sulphureitatis & terreatis participat, & ideo minus per inflammationem Venere comburitur, plus vero sole & luna. Saturnus vero plus terreatis & sulphureitatis per naturā in commixtione seruauit q̄ nunc dicta corpora. & ideo citius & faciliter omnibus dictis inflammatur corporibus. & per inflammationē comburitur velocius, propter hoc q̄ sulphureitatem maxime habet coniunctam & locue magis fixam. Mars vero non per se sed per accidens nō comburitur. Cum enim cum multe humiditatis commiscetur corporib⁹ combibit illam propter suæ humiditatis carentiam. & ideo coniunctus non inflammat nec comburitur si non inflammabilia nec incombustibilia sint corpora sibi vnitæ, si vero combustibilia sint illi commixta corpora secundum naturā suæ combustionis, necessario evenit martem comburi & inflammari. Cum igitur ex rebus constituatur inflammabilibus cementū, patet causa illius inuentionis necessaria, & fuit ut omnia combustibilia adurerentur. Cum igitur vnum solū sic corpus incombustibile, solum igitur illud, aut ad illius naturam præparatum, in cimento saluat. Durant tamen quædam magis, quædam vero in cimento minus, quæ vero magis & quæ minus, nota sunt cum causis dictis. Durant igitur plus luna, minus vero mars; adhuc vero & minus Iupiter, minus vero & adhuc venus, minime vero saturnus. Narremus igitur cementi modum, cunctq; in cognitione nobis sit maxime necessarium in pfectio[n]is examine. Dicimus quoniam illius est compositio cum inflammabilibus rebus. Etsunt huius generis res omnes denigrantes & fugentes & penetrantes & comburentes, sicut est vitriolum, salar, & eris flos, & lapis figuli antiqui contriti, & sulphuris una quantitas, aut nihil, & virilis vrina & similibus acutis & penetrantibus. Incementantur igitur haec omnia cum vrina virili. & sup illius tabulas tenues decuius sit intentione probationis huius examen iudicio percunctari. De hinc vero in fictili concluso vase super craterem ferream extendantur tabule, ita tamen q̄ una ex eis alterā non tangat, vt libere ignis virtus ad illas percurrat æqualiter. & sic triduo in igne forti conseruetur in fictili, cautela tamen adhibetur ut igniantur tabelle sed nō fundantur.

I iiii

R ad cc
Y *

LIBER

Post tertiam aut diem : tabellas omni impuritate mundas inuenies si in perfectione illarum extiterit corpus . si vero non : corruptas omnino & calcinatione combustas . Quidam tamen ponunt ad inflamationē tabellas absq; cōpositionum cemento , & depurantur similiter si perfectionis sunt corpora . si vero non , cōburuntur omnino , longiori tamen combustionis spacio in hoc ultimo egent examinē . q̄ sola ignis inflamatione perficitur , q̄z quae cimenti examinatur iudicio . Sed cum luna quidē solis naturae non multa distet differentia , paucō administratio nis modo in iudicio quiescit . & neq; separatio corporū sit ab inuicem in his duobus examinis generibus , nisi propter diuersitatem cōpositiōnēs substantiarū eorum . quoniam ex eo resultat fusionis diuersitas , & spissitudo , & raritas , quae quidem separationis sunt causæ . quoniam propter fortē illorū cōpositionēs nō corrūpitur illorū substātia a substātia corporis extranei , cum non fiat illorū permīnima mixtio . Et ideo ne cessē est , illam de commixto ad se inuicem separari sine corruptione tali illorum essentiae . Quamobrem igitur administratio corporū im perfectorum completa dignoscitur cum eiusdem fusionis et ignitionis & soliditatis administratione reperta sunt ingenio .

DE IGNITIONE.

Caput. lxxij.



ESTAT igitur ut capitulū de ignitione trādāmus . Dicimus igitur quoniam corpora maximē perfectionis cum ignitione determinata reperta sunt ignem suscipere ante fusionē illorū . Et ideo dicimus si alterationem illorū completam adiuuenire conāmur necesse est ad fusionē illorū corpora administrata redigere . Et est . s. ut prius q̄ fundantur perfectionis corpora , ignitionem suscipiant cum inflamatione & celestini coloris amenitatem , prius q̄ p̄ueniat illorū ignitio ad albedinem ignis , quā oculus nō possit conspīcere quicq; . Pater igitur ignitionē illarū perfectam cōpleri ante fusionem cū rubore intenso , & non cū albedine quā non possit conspicere oculus . Si enim prius q̄ igniantur administrata fundantur corpora in cōplemento non sunt . Si vero & igniantur cū labore , & ignis expressione forti , non est illorū administratio vera . Et hoc quidem in molib⁹ idem vero in solo marte cōtingit colligi . Non enī nō ignibilia de facili ignitionē præparationis modo suscipiunt . neq; non fusibilia fusionē rectam , quā in pfectis secundū naturā inuenimus . Et si cū ignitione flāmam amenitatem celestini nō protendat coloris administrata non est

illorū cōpleta administratio. & si minuitur aliquid. i. ponderis, coloris, pulchritudinis, ignitionis & similiū ex præparamenti differentiarū bonitatis inuentum, astutia nō fuit sufficiens artificis indagatio. reiterato igitur inquirat, donec inueniat cum modis diuina bonitate collatis.

DE FUSIONE. Caput. lxxxij.



N F U S I O N I S igitur narratione sufficientiam tradamus secundum q̄ examē est corporū omnium ad ignitionē illorum certā. Dicimus igitur: quoniā vnicā est perfectionis fusio cum ignitione, sed non cum cuiuscq; ignitionis gene re. sed cū ignitione in qua non albescit omnino corpus. & cum ignitione in qua non sit fuseedo igni adueniens. & in qua non subito post ignitionem fundatur & liquefacit corpus ut fluat. Igitur cum se fuderit corpus ex minima ignis pressione debile, aut sine ignitione, aut cum igni tione fusca. huius præparationis necesse est corpus imperfectionis esse vnumquodq; imperfectorū corporū in artificio diminuto. Et si post fusionem infrigidari obmittatur, & omnino subito in nigredinē illius vertatur ignitio, & ob hoc quidē prius q̄ durecat ignitionē perdat non est in cōplemento corpus cuiuscunq; generis illud extiterit. Sed iudicari quidem expedit mollitiae hoc corpus existere ex imperfectionis corporum generibus. Et siquidē cum igris laboriosa expressione foris violenti fiat illius ante fusionē ignitio & radio fulgoris inestimabili albescentis omnino, iam non perfectionis sed duritiei alteratum est corpus. Et ab hoc quidem si post illius fusionē ab igne tollatur & subito induretur ut non fluat manente illius ignitione fulgida iam non lunaris aut solaris perfectionis corpus existit cuiuscunq; generis & præparationis corpus fuerit administratum. sed sub mortis differentiarum natura ponatur. Patet igitur ex iam dictis triplicem in fusibilibus ignitionem, aut liquefactionem substantiarum illorum experimento res colligi. Vnam. s. fuscām. Alterā vero rubeam & claram. Albissimam vero tertiam radio fulgentem. Prima quidem est mollium. Secunda vero perfectorum. Tertia durorum corporū rationis experimento probatur. Sed & qui harum omnīū ignitionū desiderat gradūn perquisere. omnia fusibilia confles corpora & igris consideret sufficientiam ad fusionis perfectionē completam. & considerando recolligat omnīū signorū fusionis gradū differentiā. & sic quidē inueniet, aliter vero nō. Et hoc quidem tibi addicatur exemplar in omnibus a nobis determi-

*triplicis
fusionis*

LIBER

natis atq; determinandis examinationis maneribus. Et hæc itaq; de
fusione dicta sufficiant.

DE EXPOSITIONE SVPER VAPO-

re acutorum.

Caput. lxxxv.



ROSEQUENTES igitur sermonis cōplementum: decorpore expositione super acutorum vapores narramus. Dicimus igitur quoniam perfectionis videmus corpora super acutorum vaporem exposita acriū videlicet ponticorum & acesorum similiter omnino , aut nihil florere aut amenissimum celestium florē emittere . Sed solem purissimum non florere. lunam vero aut solem non purum super acutorum vapores exposita florere compemus, & celestium amenissimum. amenius solem q; lunam. Et ob hoc igitur naturam imitantes & nos similiter in præparatis colorē celestium cerasmus corporibus qui per ar. vi. bonitatē perficitur. ut sufficienter a nobis narratum est. in præcedentibus nostri sermonis. Quæcunq; igitur præparata corpora super vapores acutorum extiterint, & celestium non creauerint amenitatis colorē, non sunt in præparationis cōplemento tali. itaq; & est ex corporibus quoddā quod rubeum fuscū , aut etiūnum fuscum viriditati admixtum colorem in examine ponticoru flos ret in superficie sua: ut huius generis est mars. Quoddam vero viride fuscum in superficie floret celestino admixtū turbido, & huius est Venus. Quoddā vero album fuscū & huius generis saturnus cōperitur. Quoddā vero album clarū, & huius est Iupiter. Quia igitur maxime perfectū corpus minime floret aut nihil, si quid tardissimo temporis floret spacio & Iupiter quidem & minime & tardissime inter diminuta a perfectionis cōplemento corpora gūmositatē illius floret. Ideo per hoc consideramus huius examen magisterij Iouem maxime perfectioni approximare in opere maioris ordinis . Per hoc igitur examen perquiri poterit in quo pertractatum temperamento genere consistat corpus , si recte horum consideraueris ordinem quæ narrauimus in hoc capitulo. Sin aut̄ tuæ imputa temeritatis insipientiæ.

DE EXTINCTIONE. Caput. lxxxvi.


I N EXTINGTIONIS igitur examine narratione adducamus totalem . Est tamen multiplex illi experientia in qua cognoscitur utrum in perfectione magisterium consistat. Primum igitur si ignitum corpus in liquore

sui
 extinguatur & lunare quidē album non fiat, & solare citrinum fulgi-
 dum. sed in alienū mutetur colorē, non est in complemento alteratio
 magisterij ut si quidē in reiteratione suæ ignitionis & extinctionis in
 aquis salium aut aluminū cuiuscunq; generis administratione creatis
 scorium nigredini affine in sui superficie protenditur, aut extinctione
 illius in sulphuribus & abstinctione ignitionis reiteratione multa eua-
 nuerit: aut nigredine feda se infecerit. aut omnino per mallei compul-
 sionem se confregerit, fallax est operis artificiū. Aut si ex salis armonia
 ei & viridis eris & puerilis vrine mixtione cementatione, aut in natura
 consimilium & ad ignitionē possum: & post ignitionē extinctionē
 sul. ad extensionem similiter & lunare quidem vel solare ex toto colo-
 rem amiserit proprium: aut scorium creauerit in corruptione, constat
 corpus adhuc permanere sophistica. Vnam tamē generaliter tibi tradi-
 mus regulam certam. quoniam tam quidē in dictis, cū a nobis dicen-
 dis examinib; si quid ex perfectionis differentijs alteratū cōmutauer-
 it corpus, ponderis videlicet, aut coloris: non recte sed fantastice inda-
 gavit artifex opus. quod non peculiosum sed perditionis est potius.

DE ADVVENTIS SVLPHVRIS

mixtione.

Caput. lxxxvij



X S VLPHV RIS igitur mixtiōē vtrum
 in perfectione consistat magisteriū, approbatuſ ſimiliter. quoniam experientia noſtra inuenimus
 sulphur corporibus commixtū, quædam ma-
 gis, quædam vero minus comburere, & quæ-
 dam a combustionē illius redire. quædam vero
 non noſtro reperi muſ artificio. Et ex hoc itaq;
 differentia, notari potest inter ipſa a perfectione
 diuinituta corpora, præparata in complemento ſophiſtico. Igitur cum
 inter cætera corpora cuiuscq; inuenimus generis ſolem minime per sul-
 phur comburi. Ab hinc vero & poſtea Jupiter. deinde vero Luna. poſt
 hoc ſaturnus. & facilius quidem hiſ omnibus venus. facillime Mars
 per sulphuris oleaginitatem comburitur. Ideo per hoc notatur quod
 magis, quod minus naturæ perfecti approximat. Et ex diuersitate co-
 lorū poſt corporū combustionē perquin potest. in quo alteratum
 genere, ex ſuæ naturæ radice, corpus conſistat. quoniam ſol quidem citri-
 num intenſum, aut rubeum clarum: luna vero nigrum celeſtino ad-
 mixtum, lupiter vero nigrum modica rubedinis tintura admixtum.
 Saturnus vero nigrū fulſcum multo rubori & liuiditati admixtū. Ve-


LIBER

nus vero nigrum liuiditati admixtum multa præexistente combustione sulphuris, pauca vero præexistente combustione nitidissime & amenu violaceum protendit ex sulphuris commixtione colore. Mars vero in omni combustionis genere nigerrimum fuscum colore creat, ex reductione aut a sulphuris combustionē notatur & similiter diuersitas in corporibus. Quædam vero redcunt, quædam vero ignis expressio ne a reductione cū sulphure recedunt, aut totaliter, aut eorū quantitas maior, quædam vero in suæ naturæ corporū, quædam vero in aliud cū suæ naturæ redeunt a combustionē ad corpus. Redcunt ad proprij naturā corporis, a sulphuris combustionē corpora sol & luna. recedunt aut Jupiter & saturnus. Jupiter autem aut totaliter, aut secundum sui maiorem partem. Saturnus vero nō ex toto recedit, sed quandoque maior quandoque vero minor illius deletur pars. Horum autem contingit diuersitatē existere propter naturā & corporū administrationis eorum in operē præparationis differentiā, quoniam s. ex subita ignis expressione de reductione louem dederi contingit: Ex successiva vero & paulatia & saturnū & louem saluari. Eorum tamen reductio in alieni corporis potius cū proprij naturā vergit. In clarum quidē videlicet antimonium Louis, in fuscum vero saturni conuerti reductionē repertum experientia nostra extitit. Venerem vero minui in ignis reductionis impressione. Martem vero magis contingit. sed veneris quidem est reductio ponderosa & citrina fusca, & mollis nigredinem participans cum sui augmento ponderis corporis. Ex his igitur perquisiri poterit omnium alteratorum natura corporum.

*ri munin
arificiale*

DE CALCINATIONE ET REDUCTIONE.

Caput. lxxxvij.



E CALCINATIONIS igitur & reductionis reiterationis examine dehinc perquirendum. Innuimus igitur quoniā perfectionis res perta sunt corpora in calcinationis & reductionis reiteratione ex bonitatis differentijs nihil perdere coloris ponderis aut quantitatis, de qua curandū sit nimium: aut fulgoris perdere quantū cunctū reiteretur ad illa operationis illarū multiplicitas. Et ideo si per reiterationē modorum calcinationis & reductionis a calce ex omni metallorū alteratorū genere bonitatis differentijs pdant aliquid, estimandum putantes sophistice perquisitionem artificem indagasse. Quam obrem igitur ad illas exerciteris ut eas cognoscas.

DE FACILI SUSCEPTIONE AR.

genti viui. Caput. lxxxix.



AMIGITUR vobis patuit veridice maxime ar. vi. quantitatē continentē pfectio[n]is existere corpora, & ideo maxime ar. vi. amicari magis. Quād obrem autumandum corpora magis perfectio[n]i approximare quāe magis amicabiliter ar. vi. combibunt. Et huius est signum ar. vi. facilis suscep[ti]o a solari aut lunari perfectionis corpore. Ob huius igitur rationis causam alteratum, siquidem corpus de facili in sui substantiam. argen. vi. non suscipiat, a perfectionis maxime complemento distare necesse est.


DE COMPLEMENTO TOTIVS

operis. Caput. xc.



VIA pertractauimus igitur huius magisterij causarum sufficientē experientias notas secundū nostri propositi sermonis exigentia. Restat nos ad complementum totius operis diuini peruenire in capitulo uno, & in summā contrahere sermonis abbreviati in capitulis dispersum magisterium. Dicimus igitur, quoniam totius operis intentionis summa non est nisi ut sumatur lapis, in capitulis notus, deinde vero cum operis instantia assidue super il lum opus sublimationis primi gradus, & per hoc mundatur acorrūm pente impuritate, & est. s. sublimationis pfectio, & cum ea subtilietur lapis donec in ultimam subtilitatis punitatem deueniat, & ultimo vola tilis fiat. Abhinc vero cum fixionis modis sigatur, donec in ignis asperitate quiescat. Ethic secundus præparatio[n]is gradus meta assit. Sed & tertio similiter lapis administratur gradu, qui in ultimo constat præparationis complemento scilicet ut iam fixum lapidem cum modis sublimationis volatilem facias, & volatilem fixum, & fixum solutum, & solutum iterato volatile, & iterato volatile fixum, quo usq[ue] fluet & alter et in cōplemento solifico & lunifico certo. Ex reiteratione igitur præparationis huius gradus tertii in medicina resultat bonitatis alteratio[n]is multiplicatio. Ex diuersitate igitur reiterationis operis super lapide in gradibus suis resultat multiplicationis bonitatis, alterationis diuer-

K



Le font
39
Primo Subl.
Secondo fixo

Tertio volatile
Quarto Ripe
Quinto Solu
Sexto Reu
Septem Reves
fluoresc...

LIBER

sicas. ut ex medicinis quædam quidem sui septuplum. & quædam vero decuplum. quædam vero centuplum. quædam vero millesimum. & quædam in infinitum solificum & verum perfectionis lunificum transmutet corpus. Abhinc igitur & ultimo temptetur utrum in perfectione consistat magisterium. *Habenies folio 157 signo 7*

Caput. nci:



peccatio sive præceptio
et separatio est
deceptio et quaestio

ED NE NOS quidem mordeatur ab inuidis narramus quoniam non tradidimus scientiam nostram sermonis continuatione, sed eam sparsimus in diuersis capitulis. Et hoc ideo quoniam tam probus quam improbus si continue fuisse tradita usurpasset indigne. Et eam similiter occultauimus ubi magis aperte locuti fuimus; non tamen sub enigmate sed tunc plana sermonis serie artificem allocuti fuimus. & sermonis modo eam ascripsimus quam solius Dei altissimi & benedicti sublimis, & gloriosi & nostræ qui illam scripsimus menti recoligi accidit. aut diuinæ gratia bonitatis infusi qui cui vult largitur & subtrahit. Non desperet igitur doctrinæ filius, quoniam si illam queret inueniet non doctrinæ sed proprij motus indagatione naturæ. quoniam qui per se suæ industriæ bonitatem quæreret scientiam inueniet. qui vero per lis brorum insecutionē quæsiverit tardissime ad hanc perueniet artem præciosissimam. quia nobis solis artem per nos solos inuestigatam edidimus & non alijs, verissimam tamen & omnino certam. Solum igitur prudentes ad artem alicuius, & per ingenia nobis tradita viam inuestigationis eisdem exposuimus. Non autem eam inuentâ nisi solis nobis scripsimus. sed & inuestigationis modum et modorum ingenia. Per ea igitur que tradidimus, exerceat se bonæ mentis artifex: et Dei donum altissimi se adiuuenisse legabitur. Ad artis igitur excepse perquisitionem hæc dicta sufficiant.

Liber de Inventione veritatis eue perfectionis. et Liber fornacum ipsis
Geberi sic dixunt. ultimus cap. xxx. alter xxvij.

INCIPIT LIBER TRIVM VER.

borum.

Caput. xcij.

Liber
Rasis

A P I S I S T E de quo sic hoc opus habet in se omnes colores. Estenim albus rubeus rubi cundissimus. citrinus e trinissimus, celestinus viridis grauis. In lapide isto sunt quatuor eleminta. Estenim aqueus, aereus, igneus, & terreus. In lapide isto in occulto est caliditas & siccitas, in manifesto frigiditas & humiditas. oportet ergo occultare manifestum, & manifestare occultum. Istud autem quod est in occulto. s. caliditas & siccitas est oleum, & istud est siccum, quæ siccitas tingit quia siccitas alchimiae tingit & nō aliud. Et illud qd est in manifesto frigidum & humidum est fumus corruptens. oportet ergo qd frigidum & humidum recipiat ea. & sic qd erat in occulto & manifesto fiant yna substantia. Illa autem frigiditas & humiditas est fumus corruptens & aquosus, de quo dicitur qd humiditas aquosa & adustiva corruptit opus & tingit nigredinem. Ista ergo infirmitates oportet destruere in igne per gradus ignis.

Caput. xcij.



I C E S T liber erium verborum, liber lapidis preciosi, qui est corpus aereum & volatile frigidum & humidum aquosum & adustuum. Dicunt ergo philosophi Persidiani qd frigiditas & humiditas aquosa & adustiva non est amicabilis calidati & siccitati, quia caliditas & siccitas destruit frigidum & humidum aquosum & adustuum virtute diuina. Et tunc vertitur spiritus iste in nobilissimum corpus, & non fugit ab igne, & currit ut oleum, quod est tinctura viua multiplicativa, consolidativa, pulcherrima & perpetuativa, ingressiva, preservativa.

Caput. xcij.

P V S mirabile trium verborum est illud quod de tribus legitur, aliter a quibusdam intelligitur, et omnes clare & aperte intelligunt. tamen in tribus verbis hoc inquiritur de humido & frigido, in quo. s. est occultata caliditas & siccitas. & hoc scire nos oportet ut manifestemus occultum.

K 7

opus hoc dictum
tribus verbis quia
ex tribus tantum
sit nempe. 4. 2. 20.
per quadam partem
apud medicos confor-
mationes dilat. a numero
frigiditum ut singu-
lum aequal. singula
temperamentum. etc.

LIBER

& oculatus manifestum. & istud oculatum est de natura solis & ignis & est preciosissimum oleum omnium occultorum & tinctura viua, & aqua permanens que semper viuit & permanet. & acetum philosophorum. i.e. spiritus penetratius: & est occultum tingentium & aggregatum & rectificatum quod rectificat & illuminat omnes mortuos et resurgere eos facit postquam non fugie ab igne eius caliditas & siccitas.

Caput. xlv.




*amicitia corporum
et spiritus facta
est quando spiritus
in corpora
vero in spiritibus
elicitur.*

*IGMA. 1. M. 1.
IGMA. 2.*

PIRITVS ERGO iste vertetur in corpus, & corpus in spiritum, & iterum spiritus in corpus, & tunc facta est amicitia inter frigidum & humidum & calidum & siccum, & hoc sit virtute Dei & temperamento ignis, & moderatio terminorum ignis. Ethius longitudinis duorum & septem. Nam a tribus duorum intelliguntur. Et haec sunt verba preciosa occulta & aperta data non prauis: non impiis: non infidelibus sed fidelibus & pauperibus a principio usque ad ultimum.

Caput. xcvi.



ICO ERGO in mercurio sunt opera plane tarum & eorum ymaginations suis locis. si cut in fetu suis partibus & temporibus operantur. Nam in fetu primo mense cum semen a matrice conceptum est, Saturnus operatur conge lando & constringendo sua frigilitate & siccitate ipsam materiam in unam massam. Secundo mense operatur Iupiter sua caliditate & humidi tate digerendo in quandam massam carnem que embryo vocatur. Ter tio mense operatur Mars agens in materiam & sua caliditate & siccitate diuidit & sequestrat ipsam massam & membra disponit. Quarto ve ro Sol, ut dominus immittit spiritum, & sic incipit viuere. Quinto men se operatur Mercurius qui foramina et spiracula facit. Sexto mense Venus disponit et ordinat supercilia et oculos et vinnia. Septimo mense Luna sua frigilitate et humiditate laborat ad expellendum fetum. et si tunc nascetur viuere posset, si vero non nascitur tunc debilitatur, et iterum Saturnus octavo mensae sua frigilitate et siccitate incipit operari. et iterum constringendo ipsum fetum in matrice, et si tunc nascetur

F viuere non posset. Nono mense Iupiter iterum operatur sua caliditate et humiditate. et remittendo reducit ipsum fetum, et alias reducit vires ipsi fetui : et sic completo mense nascitur et viuere potest. Et haec sunt verba vera . Aqua fetum tribus mensibus in matrice conseruat . Ignis totidem custodit. Aer quoq; tribus mensibus fouet; qui totidem compleat qui fouebatur sanguis in umbilico , qui ingrediebatur preciosus ad maternas condescentes mammas. Ibiq; post partus angustias niuis candorem assumit. Infans fatus exhauriens egressus tandem os aperit et lactatur . Infant uero nunq; patebit egressus, quousq; os infantis omnes fatus aeris exhauriat. egressus autem os aperit et lactatur.

9.
Trias 1.
Trias 2.
Trias 3.
Aqua nutritiva
sanguine materno
in utero sed
post exiitum late
medicis dicunt fortun
matris umbilico. sed egresso
occi.

Caput. xvij.



B I S T I S tribus mensibus oportet nos cum acuto ingenio cōponere et extrahere duo , quia ab istis verbis intelliguntur duo et septem. Vnde omnes qui cupiunt scire hanc artem , acuant ingenium suum ad aperiendum thesaurum ex tribus verbis in quibus occultatur tota præparatio et virtus lapidis in quo occulitur oleum siccum et viuum, et tinctura viua et oleum calidum et humidum. Et haec est expositio trium verborū, quia sic a principio conceptionis usq; ad nativitatem infantis: quilibet planeta dat suam ymaginationem virtute diuinā sic creante . ita in omni opere alchimiae quilibet planeta suo loco suam facit impressionem usq; ad complementum operis . & tunc nascitur alchimia virtuosa. Et in opere multi errant & pauci perueniunt ad finem. Nam in hoc opere est saltus lunae & circulus solis & gradus tres. Primus debilis. Secundus firmus. Tertius perfectus. Primus quando sol intrat in arietē , & est in sua exaltatione . Secundus quando sol est in leone . Tertius quando sol est in sagittario . Intellige ergo quia secundum istos gradus completur opus alchimiae.

DVO & SE
tota magistris
præparatio et
thesaurum deponit
et degumitur
tribus rectis. id est
tribus materiis. id est
ditter. A II 201

Caput. xviij.

R EDEAMVS ergo ad expositionem trium verborum in quibus tota ars consistit. aqua tribus mensibus foetum in matrice conseruat . Aer tribus mensibus fouet. Ignis totidem custodit. hoc totum scias dictum esse de mercurio per similitudinem . Et verbum istud est obscurum in leso in rafe

K in

LIBER

terminus obscurus. & tamen est aptum ad intelligendum uerum. Nam et alia natura est in muliere pregnante, et alia in Mercurio per similitudinem caloris in matrice. etenim inuenitus est et extractus ignis qui est trium graduum. Vnde istud verbum quod dicitur Ignis totidem custodit, obscurum est. et multi errant in eo. Nam a tribus intelligas duos. Primus gradus compleat aquam et aerem. Secundus gradus compleat totum. hoc quod diximus de totidem. quia est donum Dei.

Caput. xcix.



X ♀

NN

luminaria in dentem

+ ♂

PERMA HVIVS lapidis est frigidum et humidum et liquidum. liquor, hic de primo facit globum ubi debet, et tunc membra et ymaginacionem ymaginatiuam secundum naturam suam a Deo altissimo, et venit ad ortum et lucet, et isti sunt duo gradus et septem. Sed sperma est simile huic qui est lapis solus. nec est ei aliis similis in hoc mundo qui seipsum impregnat, et de seipso concipit, et seipsum parturit. Et postquam hoc viuum mortua rubea morte, mortui causa est compar caliditas & siccitas. & non fugit ignem nec sumum emitit, nec sonum faciet & funditur sicut cera, & est sicut oleum, & est siccum, quae siccitas tingit. Et cum hac tintura rectificantur omnes mortui ut semper viuant. Et est tintura viua, rubea & alba. Nota q[uod] in solo igne sine aliqua separatione possunt fieri omnes distillationes & subtiliations, & calcinationes & rubificationes, & mortes ipsius mercurij, & mortui & fusiones eum omnibus resolutionibus & congelationibus sicut debent esse. Ergo ingenia & ex cogita quomodo fiant. Vnde cu[m] iam facta est amicitia inter illu[m] et igne currit ut oleum in uno iectu. quod oleum est ingressiu[m] penetratum permixtu[m], coagulatum, preservatum. Vincit enim omnem rem subtilem, & omnem rem solidam penetrabit. Vnde omnes qui quaerunt hanc scientiam acuant ingenium suum quomodo ista fiant. & que sunt species istius artis. Probationes autem huius lapidis sunt haec, vt quando iam est finis & terminus secundus, ut ponatur de ipso aliquantulum super candens, si fluit sicut cera, & non emittet sumum, & coheret firmiter metallo: tunc perfectum est, q[uod] si haec signa non appareant, tunc tam diu fiat decoctio donec ita fiat. Et haec est probatio super omnes probationes. & haec probatio debet fieri inter primam & secundam solutionem & congelationem. Et est sciendum q[uod] primus terminus mor-

eficit frigiditatem & humiditatem. Secundus terminus compleat mortem primi mortui, & augmentat rubedinem & facit massam caliginosam & pineatam sicut fructus pini, lucidam fulgentem ut folia auri. Et haec est rectificatio mercurij, quod est oleum fixum, quod rectificat omnia metalla corrupta. & dicit ea ad sanitatem & ad naturam meliorem: Laudeatur ergo Deus qui tantum creavit ex re vilissima.

EXPLICIT LIBER TRIVM VER-
borum. Deo gratias.

INCIPIT EPSTOLA ALEXANDRI

Imperatoris qui primus regnauit in Grecia & Mac-

cedonia & Persarum Imperator.



V IDAM breuiter dicunt q[uod] ars deriuata est ex creatione hominis cui omnia insunt. quemodo admodum minor mundus ex quatuor virtutibus diuersis compositus creatus est: ita & ars ista ex naturis mulieris. quarum quasdam breuiter narramus demonstramus & ponimus eo q[uod] maior mundus creatus est ex quatuor virtutibus naturis diuersis et compositis, quarum prima est appetitiua, & digestiua secunda, attractiua tertia, quarta quoq[ue] expulsiua quae mundificatiua est. quinta vis aliena. s. vita quae virtutes has coniungit quatuor quas tibi narravi ac descripsi. quarum dispositio[n]em exposui, & est sicut clavis ad archam, quā si ab ea aperias tota dis-

appetitiua, digestiua,
attractiua, expulsiua

solutur. Est enim sicut vas eius latera continens. Ita ars non perficitur nisi ex studentibus per vigiliam & per eius temperantiam. Quoniam sicut prius narravi eius actionis initium ex quatuor est virtutibus per agentibus. s. appetitiua, retentiua, continens digestiua, & expulsiua quae mundicatiua est. Quinta est. s. anima ex lumine clarissima. Nunc autem has dispositiones specierum narremus. eam itaque atque eius potentiam exponamus. Narremus igitur quod eorum est calidum, quod frigidum, quod masculinum, quod femininum. ne per eorum colorum diuersitatem & generis differentiam non erremus nec deuiciemus, eo q[uod] si sit differentia inter calidum & frigidum, & masculinum & femininum opus nequaquam tibi perficietur nisi in via dirigatur. Et scias q[uod] nullus natus nascitur nisi ex mare & muliere, & nullum germen gignitur nisi humilitate & caliditate, vires autem tibi conuenit exponere. virtutes namque

in quib[us] ars perficiatur

ex mare et feminina
ex terra et calido sita
generata

K iiiij

LIBER

appetituæ aridæ sunt masculinæ, et sunt calidæ et siccae, et sunt ignis.
 Continentes vero retentive sunt similiter masculinæ, & sunt frigidæ &
 siccæ, & sunt terra. mundificatiuæ sunt digestiuæ scilicet alterantes, &
 feminæ & sunt calide & humide & sunt aer. Expulsiuæ vero sunt femi-
 neæ & sunt frigidæ & humidae & sunt aqua. Quinta enī est vita quæ
 est propria, non est calida nec humida, nec frigida nec siccæ, nec masculi-
 lum nec femina. Ne igitur eam in aliquo fluiali loco requiras, & ab
 operatione erres. eius tibi ostendam locum. Si igitur vis virtutem a-
 quo frigidæ dissoluere, magis ipsam corrugas. Si vero vis aquam frigi-
 dam facere, magis ipsam calefacias, nisi quamlibet naturam virtutis
 ad propositum eius quod operaris emendas, opus corrumpis. Porro
 quia vires appetituæ aridæ sunt & colorantes, i. masculinæ, sunt cali-
 dæ & siccae, ut dictum est, quæ colorē affirmant ne separantur vel alte-
 rentur. Retentiuæ autem sunt feminine & siccæ quæ colorem in corpo-
 ribus aggregant, & corpora mollificant & coloribus coniunguntur.
 Digestiuæ autem mundificatiuæ sunt masculina quæ ruborem corporis
 mundificat, & ab eis naturam corruptem accidentē sequestrat. &
 est calida & humida feminina, & est aer. Expulsiuæ autem quæ mun-
 dificatiuæ est, s. vita expellit a se terram, ita quo usq; non separantur nec
 dividantur, prout vitium quod est in corpore peragit ita & ars com-
 ponit, & eas earumq; naturas congregat. est autem frigida & humida
 & est aqua. Vera autem vis quæ totum peragit corpus, est tanq; spiri-
 tus corporis. Nunc autem species suis nominibus cauenisq; denomi-
 nabo tibi, quoniam multi in multis errauerunt speciebus, eis inutilia
 interposuerunt. utilia vero reliquerūt. quidā quoq; tanq; directo tra-
 mite prout iussimus operantes diminuerunt, & secundum eorū opis-
 ionem egerunt. & ideo deuastatum est opus. saxumq; factum est.
 Immo significo tibi q; si diligis opus tuum perficere, incipe prout ius-
 si. Et scias q; nil aliud operaris nisi quæ sunt naturæ lucide, ex quibus
 minor mundus creatus est, quæ suis proprietatis bus tibi nuncupabo.
 Scias q; sulphure est ignis, & magnesia est terra, & sedimen est aer. Far-
 gentum quoq; viuum est aqua per corpus defluens, spiritus quoq; est:
 aqua secunda, qua omnia nutritur & omne germen vegetatur. &
 omne lumen ascendit, & omnes fructus ferens. Si igitur vis opus tuum
 perficere & optime adipiscere ea quæ queris. accipe has duas naturas
 masculum, s. & feminam, calidum vero et frigidum, humidum quoq;
 et siccum. deinde eas nutrias aqua vita lumen spiritumq; habente,


opus quoq; æqualiter præparat robusta essentia & compositione
 & substantiam eam ex quibus componitur. quoniam ex diuersis natu-
 ris funditur atq; componitur ex melanolia fit corpus & quantitas
 eius. ignis quoq; qui ex colera rubea ponitur est ipsi iunctus. Tunc
 digestio ea quæ a stomacho procedit, & est aqua in epar expulsum cui
 iungitur aer qui est sanguis fluens in omnibus venis corporis, cuius
 calor superhaudat quoq; ad rubeum vertatur colorem. Aqua aus-
 tem quæ est flegma in pectori posita est, & multa appetet actibus in
 frigidis. Tunc ex his quæ tibi nuncupauit virtute diuina existit corpus
 physicum, has naturas cōiunge ac optime ducas. quarum vnamquāq;
 pone intra domum suam & cum ea simili vel contrario ut tibi dispositio-
 nio perficiatur opusq; peragatur prout per gratiā meam tibi tribui cum
 tibi notificauit quot species sunt quæ gradatim agant quoq; corpus
 & spiritus fiant. tunc artis sapientia coniungit ut natura alteretur, & in
 aliam convertitur naturam per naturam apta, & deinde naturas ex vir-
 tutibus accidentalibus per discretionem duas naturas coniunge doce-
 bo tibi naturas attrahas ut fiant lucida & clarissima, a quibus ascendit
 vel lucescat & illuminet. post quod in altissimo ut tingat coaptetur. Ec-
 scias q; hunc librum meum non nisi philosophis composui, in quo
 naturam coaptationem specierumq; naturas descriptas patentelq; dipu-
 meraui. Oportet autem te liquefacienda opera bene cōseruare, & cum
 ea operis non excedendo modum transcas. quoniam arcana omnia
 hæc tibi apparebunt, quia & liquefactio est omnium naturarum alte-
 ratio. hoc igitur habeas quoniam miscentur natura in naturam, dos-
 nec in substantia suā perueniant nō fugientes, nec introeuntes non al-
 terare nec variare ex quibus introitis coacta minorq; partes decernunt.
 Et tunc scias quia natura per naturam appareat harum naturarum fixa-
 rum permanentia liquefac copta. deinde archana quæ sunt tempera-
 ta humida. quia nisi naturas attenues aquamq; illas facias non colo-
 rare poterunt. sic ergo corpus aquatione humefaciendo, quoniam hæc
 aqua apud philosophos aqua sapientiæ vocatur. Et scias q; albedo est
 in coadunatione, & q; species spiritus & in se inuicem emendant. Si
 igitur has liquefacis species, deinde coagulas, opus tuum in melius
 emendes, si vis opus tuum perficere, inspice ut species ei crudas impos-
 nas non coaptas. Deinde species coaptatas putrefacies, eleua eas atq;
 decedentes. Hanc autem dispositionem tibi aperte describam, ut ad
 opus tuum directo tramite ascendo peruenias.

species en
non coap

LIBER

Et tamen deinde scias q̄ corpora quædam solutione indigent. quæ
dā elevatione ut tingant et lucida et illuminata fiant, in quibus omnia
corpora dissoluantur. Et scitote q̄ secundum naturam archana sunt in
eis abscondita. q̄ si regantur natura abscondita, tibi apparent quæ
Hermeti philosopho apparuerunt. et est terra alba prope argentū per
nosar. Confice ergo corpora cum terra alba est, ut fixa permaneant. de
super impone ne ignis eam comburat sua flamma; sed quemadmodū
cera liquecat liquefaciendo. Sed id quod vocatur aqua, instrumenta
lis intelligitur in artibus tuis in quibus studies. Erunt duo quoq; in
vnum, soli alterum lunæ. deinde post hæc duo ordines sunt asperas
tas oculo intellectu q̄ corde. Ecce numeraui, archanumq; celeste patefe
ci, scientiam difficultem atq; absconditam illuminaui, perfectamq; scien
tiam regendi modum certificau. Iuro itaq; q̄ nihil celaui, nec alteram,
nec ullam specie aliena descriptione descripsi, nec genera alienis locis im
posui. Iḡitur quod descripsi vides. et ad ea quæ descripsi peruenies.

+ Iesu + maria +



XEMPLVM scientiæ nostræ, sc̄næ supra
mortem. in eo sunt nature coniunctæ cum com
plemento, Terra aqua ignis eius et aer. Et o
mnia hæc in saturno, cum eo aperiuntur portæ
scientiarum, sicut dicit Hermes, et præcedentes sui
primi. Accipe lapidem suspensum, supra mare
ut senex cera alba: super fontem, ut puer ypoqui
stidos. Nomen eius vixor. Cum eo perime vis
e long mortifices ua, et viuifica perempta, et ei sunt mors et vita, et istud et illud ex oriente
et viuificatio leste et occidente. Cum hoc habebis scientiam in qua pigritauerunt Ara
bes, veritatem dixi tibi per eum qui fecit oriri lapidis paradisi aucto
rem lumen vitae. In eo sunt duo opposita simul, sc̄ ignis et aqua, viuifi
cat illud, et illud perimit, istud et hoc in leone coniuncta simul.
per eum qui est mors et vita, veritatē dixi, non mentior. Gumma no
stra coagulat lac nostrum, et lac nostrum dissoluit gumen nostrum.
Et post apparebit rubedo orientalis et rubedo sanguinis, hic lapis mu
ndus sine fetore inuenitur in locis altissimis, cum quo magnificauerūt se
philosophi super omnes alios & vaticinati sunt futura. Veritatē dixi per
potestatē celorum, cui non sum mentitus scienter homo noster antiquus
est, est draco noster, iste comedit caput suum cum cauda sua, & caput
& cauda est anima & spiritus, & anima & spiritus sunt creati de luto.

Turba
t que lac cne dw
i page note lac
contente choke w
que lac teste face
de lac cme

Turba

A font hys viuifie les mors et mortifie les vifs

Ex hoc & hoc ex oriente & occidente per expellentem nocturna non
 mentior. quia quod dixi vidi in ciuitate dealba coruum tuū si vis des
 albare ipsum. cum Nilo ægypti albescit primo, tunc cum Persia in se
 cretis; & cum hoc & hoc apparebit rubedo ut papaver in heremo. per
 viuificantem Deum omnia non mentior. aqua nostra abluit sordes.
 mundabis omnem nigredinem & obscuritatem eius. tunc subridebit
 dicens, quis mundauit me. qui vedit illud subridebit locutus & veritas
 tem dixi, nō mentior. Terra in oculis sunt tres oriens & occidens: & su
 per eos saturnus albus ortus est. & anima horum trium est ignis. veris
 tam dixi per familiam machometi. Manifestabo quod occultauerunt
 primi non cum inuidia. Terra nostra veritas tuum in argentum, pri
 mo, & ultimo in aurum inueteratur, & habebis scientiam in qua pigni
 tauerunt arabes, denigras cum ægypto nostro & nō cum persia; & cum
 persia siccias, quia est domus siccitatis; & cum ægypto humectas, quia
 est domus humiditatis. & hoc & hoc albedo & rubedo sine mensura
 tione, ut rubedo in moris, vel ut sanguis dominarum. lapis scientiae
 nostræ senex primo & ultimo puer. quia albedo eius in initio, & ru
 bedo in ultimo cum domino. hic est lapis cu quo titubauerunt omnes
 qui abierunt & mortui sunt plurimi eorum cum dolore & tristitia, quo
 niam declinauerunt ad viam demonum et reliquerunt viam prudentiarum.
 Coopertorium equi pallium nostrum album. et equus noster leo for
 cis sub pallio cooperatus. et super illud et illud griffus noster naturam
 gemmatam retinens, hic lapis triangulus est in esse. quatriangulus in
 qualitate (veritatem dixi) per operatorē dealbans et rubefaciens omnia.
 non sunt singularia in occulto sed sunt mixta. oriens et occidens simul
 iuncta ab anima omnium. hic coniungit et disiungit et reiungit quan
 do vulp[er] lupus noster in oriente inuenitur, et canis in occidente iste mo
 mordit illum, et iste momordit istum: et fiunt rabidi ambo; et interfici
 ent se adiuicem, donec fiat ex eis tollicum et tyriacha. Camelus no
 ster albus, septimus est in numero apud philosophos magnos. Sol
 cum Luna Jupiter. Mars et Venus nostra in mercurio nostro. et Satur
 nus septimus eorum in quo sunt omnes coniuncti simul. hic est spatha
 gladius et cutilius et incisorum super edificium et inimicus ad ma
 num, et vas cum adiutorio vini. Episcopus noster ut color venarum
 vel violarum et omnia citrina ut citrinitas et narges vel ypoquistidos.
 Tunc lapidem in fluvio currenti per mortem omnium non mentior. ex
 emplum nostrum cum albo naturæ, ignis & lux in claritas essentia.

LIBER

& ignis & lux est scintilla nostra & tunc noster candens. & cum hoc & hoc inuenies scientiam. Veritatem dixi per vniuersitatem omnia. Scala nostra est turris nostra de terra viscosa. & terra viscosa est lutum nostrum & cerotum nostrum ex cera & sepo confectum. & hic & hic nauis nostra in mari nostro plena gygantum. Aperui quod occultauerunt priores. Non sum inuidus quemadmodum ipsi fuerunt per illuminantem cunctam mentem. Terra coram oculis posita oriens & occidens. & hic et hic narcissus cum lilio nostro. & hic & hic cum sena nostro, & senex nostro & virier noster est corpus nostrum, & corpus nostrum est lapis noster quae situs a multis, inuentus a paucis. Et istud exposui ex pietate, & deinceps cunctis per Dicun genitum. A M E N.


V I D A M Rex volens alios potentes superare præparauit se ad bellum. & cum voluit equum ascendere præcepit uni ex milibus suis ut daret ei ad potandum de aqua quam diligebat. Qui dixit ei: Domine quæ est illa aqua quam diligitis. Rex ait: illa est aqua a me dilecta quæ præ omnibus alijs me diligit. Ille vero statim perpendit & attulit. Rex autem habebit & rebibet, donec omnia membra eius fuerint repleta & omnes etiam eius venæ. Et fuit Rex tunc discoloratus valde. Hoc facto dixerunt milites, Ecce equum ascende. Respōdit rex, Non possum. dixerunt milites, quare non potestis. respondit: quia sentio me gravatum & doleo caput & omnina mea membra a me recedunt ut mihi videtur, rogo volo ut ponatis me in cameram meam lucidam, & in loco calido & tenperato, & continue per diem & noctem & infra sudabam, & aqua quam bibi desiccamatur & ero hiberatus, quod factum fuit prout iussit. Deinde aperuerunt cameram & inuenierunt ipsum quasi mortuum. Parentes vero eius cucurrerunt ad ægyptiacos & alexandrinos præ omnibus alijs honorandos. & adduxerunt eos & eis totum factum regis narrauerunt dicentes, creditis cum posse liberari omnino de hac angustia, responderunt omnes, etiam. & illi, quis vestrum est magister, responderunt alexandrini, nos si vobis placet. & ægyptiū dixerunt: immo nos in hoc facto volumus esse magistri. i. quia sumus antiquiores vobis, licet apparemus iuniores. responderunt alexandrini, placet. Tunc acceperunt eum dicti magistri & diuiserunt eum per membra minuta & contrierunt eum cum medicinis suis humectatiis aliquantulum, et posuerunt eum ita detritum in cameram suam in loco calido et humido, ut prius, et eodem modo per diem et noctem, postea

Extraxerunt eum ut mortuum adhuc habentem aliquantulum vocis. Tunc omnes clamauerunt parentes, Heu heu mortuus est, medici aug dixerunt, Non est mortuus sed dormit, & nondum terminauit. Qui iterum acceperunt eum & abluerunt eum cum aqua dulci, donec sapor medicinæ recessit. & miserunt eum cum tanto de eadem vana medicina, & fecerunt per omnia eodem modo & ordine ut prius, et extrahe[n]tes eum: inuenierunt eum parentes mortuum. Tunc dixerunt parentes, quare interfecisti regem cum tam boni magistri eratis. Certe mala sus[cept]er vos queritis. Et magistri illi dixerunt, Immo, interfecimus eum ut fiat melior & fortior in die iudicij. Parentes vero tunc eos crediderunt esse trufatores et spoliauerunt eos medicinis suis, et expulerunt eos de regno dicentes postea. Quid faciemus de isto corpore ita inuenenato. Responderunt quidam, subterremus eum ne vermes inde procreentur, & non putrefiat quia foetor nobis omnibus nocere posset. Tunc dixerunt Alexandrini magistri. Nolite eum subterrare quia vobis eum restituemus saniore, pulchriorem, fortiorem, ac potentiorem, q[uod] prius fuerat. Tunc incepérunt subridere & dixerunt, vos vultis nos trufare, si cut & alij nos trufauerunt. Vnde sciatis sine dubio q[uod] vos nostras manus non euadetis sicut alij euaserunt si non iuuabitis. Responderunt magistri, ita volumus, imo tradamus morti nisi ita fecerimus sicut diximus. Tunc magistri Alexandrini accipientes corpus regis lauauerunt ipsum & abluerunt bene donec nihil remansit de medicina illorum aliorum. Postea desiccauerunt ipsum, & acceperunt partem vna aquile & duas partes de vitro Alexandrino & miserunt enim cum corpore mortuo & pastauerunt cum parvo oleo lini, & posuerunt ipsum in una camera triangulata admodum cruciboli, & dimiserunt eum per unam horam in temperato calore, & postea cooperuerunt eum igne & sufflauerunt donec fuit locutus. & descendit per foramen in aliud vas. Tunc rex surgit robustus regali diadema[n]te coronatus & vociferare cepit. Vbi sunt inimici, sciant omnes nec dabo nisi obedientes mihi extiterint. hoc audo venerunt statim dicentes. Domine præcipe nobis quicquid vis. & statim faciemus. Tunc reges potentes ab illa hora eum honorauerunt, & quando volebant videre de mirabilibus eius, ponebant vincias duas mercurij loti viui in crucibolo, & ponebant desuper unum granum millij de vngula vel de capillis, aut de sanguine eius, & sufflabant donec inspiabatur, tunc cooperiebat de carbonibus & dimittebant infigidari & inueniebant corpus tale quale scio. A M E N.

*Agrippe
vntus Alexan-*

L

LIBER
INCIPIT LIBER INVESTIGATIO
nis magisterij per Geber.



NVESTIGATIONEM huius nobis
lis scientiae ex continua & frequenti operis sedu
litate, & huic operi studio nimio necnon cogita
tionibus nostris profundissimis & varijs anne
xis emulam vobis tradam ut melius & apertius
a vobis volumina subsequentia intelligantur.
& vt intellecta etcetera. & circa eadem ingenia
ta & perscrutata facilius & promptius ad effectū
perducantur. Et quia est aliud artes inuestigare per rationem q̄ attenta
re & probare subtilitates & ingenia horum, donec operando & perscu
tando & experiendo ad intentum peruenient cōpletum. In hoc enim
meo libro quæcunq; per narrata inuestigauimus secundū meæ mens
is rationem scripsimus, artem dico perficientia. Non putet tamē quis
q; hanc inuestigationem aut librum nostrum qui summa perfectio
nis magisterij est intitulatus, in quo vero quæcunq; vidimus & tergi
mus complete secundum scientiæ ordinem terminauimus, secundum
experienciam & cogitationem certam. quam scrutatione nostra de na
turalium & mineralium effectibus transformantibus diuersis in opes
re apparentibus notauimus & ingeniati sumus, scientiam nostram pri
us compositam cum hac inuestigatione conuentus, q; super ipsam de
clarando proposuimus. ergo de iure hæc illam precedit. cum per hunc
librum inuestigare quærens de cogitatione rei perficientis. Cum igitur
hæc scientia de imperfectis tractet corporibus mineralium, in quantum
ea perficere deceat. In primo igitur circa hæc duo considerauimus im
perfectionē, s. & perfectionē. Circa hæc duo nostrā fundamus inten
tionem. De rebus autē perficiens & corrūpentibus secundum q;
per nostram inuestigauimus experientiam hunc librū componimus,
quia opposita iuxta se posita magis eluescunt. res autem quæ perficit
in mineralibus est substantia argen. vi, et sulphuris proportionaliter
commixta per longam et temperatam decoctionem in visceribus terræ
mundæ inspissata et fixa cum conseruatione suæ humiditatis radicalis
non corrumpens, sed ad substantiam solidam cum ignitione debita
fusibilem, et sub malleo extendibilem producta. Per diffinitionē na
turæ huius perficientis leuius peruenire possumus ad cognitionem rei

fol. 42. pag. 2.

magister
norum
magis.

corruptentis. Et est illa quæ a contrario sensu habet intelligi, videlicet substantia impura argen. vi. & sulphur sine proportione debita commixta, vel minus vel nimis decocta in visceribus terræ mundæ nec recte inspissata nec fixa. humiditatem habens combustibilem & corruptentem & raro substantiæ & porosæ. vel habens fusionem sine ignitio ne debita, vel nullam nec patiens malleum sufficienter. Primam autem distinctionem inueni intrusam in his duobus corporibus, videlicet in Sole & Luna secundum cuiuslibet perfectionem. Secundam vero in his quatuor. s. in stagno plumbo, cupro & ferro, secundum cuiuslibet imperfectionem. Et quia hæc corpora imperfecta ad sanitatem & perfectionem nō sunt reducibilia nisi contrarium in eis operetur. i. q̄ manifestum occultetur & occultum manifestetur. quæ operatio vel contrariatio sit per præparationem. igitur præparatio est eis adhibenda. Est ergo preparare superflua demere, & absentia supplere, & sic notam in eis mittere perfectionem. De hac enim præparatione non indigent corpora perfecta. Indigent ergo præparatione tali, q̄ eorum partes magis subtilientur, & a corporalitate sua ad spiritualitatem reducantur fixam. Cuius intentio est ex eis facere corpus spirituale fixum. hoc est multo magis attenuare & subtiliare q̄ erat prius. De horum omnium præparationibus secundum nostram investigationem in loco suo stabimus sufficienter in hoc libro. quæ postq̄ præparata fuerint sufficienter, erunt apta ut de eis elixir album vel rubeum fiat magnum. Inuenimus enim modernos nobis vnicum tantum scribere lapidem ad album vel rubeum completum, quod concedimus & verum esse. Nam ex quacunq; elixir conficiatur album vel rubeum, nihil tamē ibi aliud est q̄ argentum viuum & sulphur. quorum vnum sine altero nihil agit nec esse potest. Et ideo vnuis lapis a philosophis nūcupatur, quāuis a multis extrahatur corporibus siue rebus. Extrahere enim a re in qua non est, hoc stultum cogitare esset & vanum ut quidam facti putauerunt. qd̄ nunquam erat intentio philosophorum. Dicunt tamen multa per similitudinem. Et quia omnia corpora metallica ex argenti viuo composita sunt ut sulphure; puris vel impuris per accidens non in prima sui natura innatum. Ergo etiam per præparationem conuentientem tolli est possibile. Nam expoliatio accidentium non est impossibilis. Est ergo præparatio superfluum demere & defectū supplere in corporibus imperfectis quæ fieri non potest sine adiuuatione operis & rerum purificantium. Diversificatur enim præparatio secundū

L 7

LIBER

diversitatem rerum indigentium. Experiencia enim nobis dedit modos agendi. s. calcinationem, sublimationem, descensionem, solutionem, distillationem, coagulationem, fixationem, & cerationem. De quibus singulis narrationem fecimus in summa perfectionis magisterij sufficienter. Ista enim sunt opera ad præparationem iuuantia. Res autem præparationes iuuantes sunt iste. s. omnia genera salium. alumnum. atramentorum. & etiam vitrum. borax & quæ huius naturæ sunt. & acetum acerrimum & ignis. Et cum ipsis præponimus corpora imperfecta præparare. i. mundare si aliqua in mundicia in his exterioris secundum nostram experientiam, in qua certi fuimus per predicta.

Mundatio salis communis.

Mundantur enim sal commune per hunc modum. Primo comburatur, combustum in aqua communi calida soluatur, solutum per filtrum distilleatur, distillatum per lentum ignem in parapseudite vitreata congeletur. congelatum calcinetur per diem & noctem in igne nediocri, & serua ipsum sic sufficienter mundatum.

Mundatio salis alkali.

Sal alkali sic mundatur ut sal commune, & est sagimen vitri. primo teratur totum soluatur in aqua communi calida, postea distilleatur per filum & congeletur & calcinetur cum igne lento.

Mundatio salis gemme.

Primo teratur, de illo idem ut de sale communi.

Mundatio salis armoniaci.

Teratur primo cum præparatione salis communis mundati, postea sublimetur in alto aludel donec totaliter fuerit extractum purum. postea soluatur super porfidum sub diuo si de eo vis aquam facere vel servetur ipsum sublimatum & purum sufficienter.

Mundatio aliorum salium.

Diversa enim adhuc inveniuntur salium genera, quæ præparantur per modum iam dictum & mundantur.

Mundatio aluminum.

Primo de alumine glaciali. multa possunt per ipsa præparari sine ipsius mundatione aliqua, tamen in hunc modum mundatur. ponatur in alembico. extrahatur inde tota humiditas, quod multum in arte ista valet. Feces in fundo vasis remanentes, vel dissoluantur supra lapidem vel in aliqua parte humida, vel in aqua inde extracta, vel reventur.

Mundatio aluminis Iameni.

Alumen iameni, ipsum enim quemadmodum glaciale præparatur excepto q̄ in hac arte maioris est virtutis.

Mundatio aliorum aluminum.

Plura adhuc inueniuntur alumina, quæ omnia ut iam dicta præparantur & mundantur.

Mundatio atramentorum.

Primo de nigro atramento. Nigrum sic mundatur. Primo solvatur in aceto mundo: post distilletur & coaguletur, vel ponatur primo in alembico & humidiras totalis extrahatur. feces in hac distillatione calcinare super porfidum, vel in sua aqua soluantur & coagulentur, vel ipsa aqua secundum velle artificis reserueretur.

Mundatio cuperosæ.

Cuperosa siue vieriolum mundatur ut atramentū nigrum, habet tamen atramentum nigrum maiore atramento viridi terrestreitatem.

Mundatio aliorum aeramentorum.

Diuersa sunt atramenta & inueniuntur diuersi colores quæ ut predicta mundantur.

De vitro & boracibus.

Vitrum & boracia si debito modo fuerint facta non indigent præparatione.

Mundatio aceti acerrimi.

Acetum autem cuiuscunq; generis est, seu acerbum, subtiliantur & depurantur & illorum virtus, siue effectus per distillationem meliorantur. De eorū mundatione & depuratiōe sufficienter tractauimus, cum quibus corpora imperfecta preparari possunt, & depurari & meliorari & subtiliari igne q̄ semper debito mediante. Præparantur enim & depurantur per ista ad intentionē ignis per hunc modum: Habent enim hæc corpora imperfecta humiditates superflua, & sulphureitatem austibilem, nigredinem in ipsis admiscendis generantem ipsa predicta corpora corrumptentem. habent etiam terrestreitatem immūdam fetu lentam & combustibilem nimis grossam, ingressione imprimentem & fusionem. ista & talia sunt superflua in his corporibus prædictis, quæ in ipsis nostra experientia & inuestigatione certa & ingeniosa sunt inuenta. Et quia hæc superflua accidentaliter his superueniunt corporibus, & non radicaliter, & spoliatio accidentalium possibilis est. oportet nos cum igne artificiali his predictis mundatis & superflua demere

De Mundatione corporum imperfectarum & præparacione.

LIBER

accidentia cuncta. sola substantia argen. vi. et sul. radicalis permanente. Et haec est integra præparatio imperfectiorum et depuratio perfecta. Melioratio, depuratio, et subtilatio horum vel huius substantiae puræ remanentis sit multis modis, secundum q̄d indigeret elixir. Præparatio nis ergo et depuratio in generali modus est hic. Primo enim eleuanda est cum igne proportionali tota humiditas superflua et corrupta in illorum essentia, etiamq; superfluitas subtilis et comburens, et hocal cinando. deinde tota substantia remanens corrupta in illorum calce superfluæ humiditatis comburentis et nigredinis corrodenda est cum his mundatis predictis corrosiuis acutis seu acerbis donec calx fuerit alba siue rubea, aut secundum corporis naturam et proprietatem colorata et munda, et pura ab omni superfluitate, seu corruptione prænarratis. & haec cum his corrosiuis mundantur, terendo imbibendo & lauando. Postea vero delenda seu deponenda est totalis terrestreitas immunda & feculentia cōbustibilis & grossa cum rebus predictis mundatis vel puris fusionem metallicam non habentibus cum calce predicta modo prædicto depurata, commixta & bene trita quæ in fusione seu calcis reductione retinebunt secum terrestreitatem grossam & immundam prædictam remanente corpore puro ex omni superfluitate corrumpte mundato. Ex hoc totum descendendo meliorationis & subtiliationis horum substantiarum puræ in generali modus hic est. Primo hoc corpus purgatum & reductum est iterum calcinandum cum igne & adiutoriis mundatiis predictis. Deinde cum his quæ sunt solutiua soluendum. haec enim aqua lapis noster est. & argen. vi. de argen. vi. & sul. de sulphure ex corpore spirituale abstractum & subtiliatum, siue attenuatum. quæ meliorari potest confortando in ipsum virtutes elementales cum alijs præparatis quæ fiunt ex genere sui generis. & augmentando colorem fixionem, pondus, puritatem, fusionem. & alia & omnia quæ pertinent ad elixir perfectum. Et iste est modus per seos nos inuestigatus præparationis, depurationis, subtiliationis, & meliorationis corporum mineralium in generali. Nunc transeamus ad specialē seu particularem cuiuslibet corporis imperfecti præparationē, cum omnibus modis suis; etiamq; perfecti corporis mineralis, & primo de loue.

PRAEPARATIO IOVIS.

R.
27
PRAEPARATIO Iouis in speciali præparatur multipliciter, melius per hunc modum. Et est ut posse natura in furno calcinationis in vase ad hoc apto, &

proiciatur subitus ignem usq; ad corporis ipsius fusionē bonam, mouendo tunc ipsius corpus liquefactum cum spatula ferrea perforata. scoria quæ super ipsum creatur extrahendo, mouendo in ignis calore æque perdurante donec in superficie bona quantitas ipsius puluis fuerit congregata, deponatur tunc illa & iterum moueatur quousq; altemata vice totum corpus in puluerem subtilissimum fuerit reductum. Cribretur ergo puluis ille, & reponatur in furno, addendo sibi ignem bonum suam fusionem non superantem, & mouendo multotiens. Et ergo in igne suæ calcinationis sic per diem naturalem vel circa, fina liter cum tota humiditas accidentalis & superfluitas fuerit deleta cum sul. combustibili & corruptente. postea extrahatur calx alba mundata. Nam ignis omnem fugitiuam substantiam & inflammabilem eleuat & consumit de predictis. s. cum sale communi mundato & alumine & cum acero purificato & acerbo multum lauando, et ponatur ad solim vel ad aerem, et iterum teratur et laueatur, et desicetur, et hoc alterna tibi per vicem reiteretur donec per acuitatem salium aluminum atq; aceti tota eius humiditas nigredo et immundicia fuerint consumptæ corrosæ et deleteæ. tunc apponatur de vitro trito cum his predictis. Cunctos totum impastatum fuerit, descendatur per botrum barbatum cum sufficienti igne. Descendit enim corpus purum et mundum remanente cum vitro et salibus, siue aluminibus tota substantia terrea et fetulentia. In illo enim corpore mundo desenso et reducto, est æqualis et perfecta proportio argen. vi. mundi et sul. albi non vrentis. Nam ignis et corrosiva totam humiditatem diuiserunt, et substantiam fugitiuam inflammabilem et corruptentem atq; nigredinem, et per desensorium suum, siue per pastillum salium et aluminum et vitri diuisa est tota substantia terrea fetulentia cum sua proportione, substantia pura et temperata remanente. Postea vero calcinetur iterum hoc corpus reductum purum cum solo sale ar. puro mundato, cum autem bene et minutissime fuerit calcinatum, sublimato et mundato donec fuerit in pondere æquali. vel trituretur, tunc illud totum peroptime et bene diu teratur super porfidum, et ponatur sub diuo loco frigido et humido, vel in vessicis viereis in furno solutionis, vel in ventre equino donec totum fuerit dissolutum, augendo sal si fuerit necesse, quam aquam honorare debemus, ipsa enim est quam querimus ad album. Et hæc in hoc ultimo volumine dicta sufficiente præparatione lous.

L. iiiij

*Botrum
barbatum
pastillum
aluminib.
salibus
& vitro.
3. cap. 4*

Aqua ex

LIBER

DE PRAEPARATIONE SATVRNI.



RAEPARATVR Saturnus sic. ponatur similiter in furno calcinationis mouendo ut lo- uem donec conuertatur in puluerem tenuissimū. cribretur & reponatur ad furnū. Stet in igne sue calcinationis per modum prædictum donec fu- gitiuia substantia & inflammabilis fuerit deleta. Postea extrahatur calx rubea quæ imbibatur & teratur frequentissime & minutissime cum sale communi mundato, & atramento, & aceto purificato & acerbo multū. De istis vero ad rubeum utaris, sicuti ad album fecisti cum sale cōmu- ni & alumine tamōn & aceto. tunc multotiens vt de loue desicetur & imbibatur, & teratur donec per beneficium dictorum dicta immundiciā fuerit deleta, tunc apponatur de vitro cum his prædictis, & desen- datur per botum barbatum corpus purum descendēdo reductum. Iterum calcinetur cum sale ar. puro, vt de loue teratur sepiissime & dissol- uatur per modum predictum. Ipsa enim est aqua argen. vi. & sulphu. proportionaliter facta qua utimur in rubei elixir cōpositione. Et hæc de Saturni præparatione dicta sufficiant.

DE PRAEPARATIONE VENERIS.

RAEPARATVR ergo Venus optime per hūc modum. Ponatur stratum de sale communi optime mundato in crucibalo. & desuper ipsius laminā, & de super salis stratum, & desuper laminam. & sic vicissim donec vas fuerit plenum, & cooperiatur, & luetur, & collocetur in furno calcinationis per diem naturalē. deponatur & abra- datur quod calcinatum fuerit, & reponatur lamina cum sale nouo, & sic alternata vice calcinentur donec omnes laminae fuerint consumptæ seu corrosæ per beneficium salis & ignis. quia sal corrodit superfluam hu- miditatem & sulphureitatem cōbus tibilem. ignis eleuat substantiā fugitiuam & inflammabilem cum proportione debita. teratur omnino puluis ille minutissime, & lauetur cū aceto donec nigredine careat. aqua exinde emanans, hanc alterna vice de sale nouo & aceto imbiibe & tare: & post contritionem ad furnū calcinationis in vase aperto reponatur. stetq; ibi per tres dies naturales. Deinde extrahatur & teratur bene, & subtilietur & abluatur cum aceto bene & diu donec ab omni immun- dicia fuerit mundatum & purgatum. desicetur ad solem bene, tunc apponatur medietas eius de sale ammoniaco bene & diutissime teñido.

donec substantia impalpabilis fuerit. ponatur sub diuo vel in resolutio
nis fimo. donec quicquid ibi est subtile fuerit solutum renouando sal
ar. mundatum si fuerit necesse, donec aqua totum fiet. hanc aquam
honora. aquam sulphu. fixi nominamus. cum qua tingitur elixir vlcqz
ad infinitum. Et haec sufficient de veneris præparatione.

DE PRÆPARATIONE MARTIS.



ARTIS præparatio per hunc modum melius
præparatur & calcinatur, quemadmodū venus
cum sale communi mundato, & cum aceto pu
ro lauetur. lotus ad solem siccatur, desiccatus ite
rum cum nouo sale & aceto teratur & imbibat
ur, & ad eundem furnum ponatur per tres di
es ut de venere factum est. solutū honora aquā
sul. fixi mirabiliter colorem elixir augmentantē.

Et haec de imperfectorum corporū præparatione dicta sufficient.



EFFECTA vero corpora non indigent præpara
tione quantū ad perfectionē cum perfecta sint, sed ut
magis pficiantur subtilientur & attenuentur. talis enī
præparatio est adhibenda. Accipiat sol in laminas
tenues productus, & ponatur cum sale cōmuni opti
me præparato solariatum in vase calcinationis, & collocetur in furno cal
cinando bene per tres dies, vel donec totum fuerit cōsumptum et subti
liter calcinatum, deinde extrahatur. multū bene teratur. cum aceto laue
tur & desiccatur ad solem. postea teratur bene cum medietate sui salis
ar. mundati, & ponatur ad dissoluendum donec totum fuerit per bene
ficium salis communis & armoniaci in aquā clarissimam dissolutū.
hoc fermentū elixir perfectū preciosum & verū corpus spirituale factū.



VBTILIA TVR aut argentū & tenuatur, & ad spi
ritualitatē reducitur per modum iam dictū. Ergo per o
mnia & singula fac in ipsa subtiliatione sicut de sole feci
sti. Et aqua luna dissoluta est fermentū ad elixir albū spirituale factū.



AM IMPERFCTORVM præparatio
nem & perfectorum subtiliationem sufficienter deter
minauimus ut de eis quilibet discretus possit adimple
re intentionem. Attendat ergo quis proprietates actio
nis modos seu cōpositionis elixir maioris. Nos enim
quaerimus substantiam vnam facere, tamen ex pluribus aggregatam

Aqua 4

Aqua 4

Præpara
Ex nota
intelligunt gen
tentias & vivo
allo vogelio Gege
interpretatas. Ulro
suo de sapidus papa
conditopibus
& fermentis
spirituas

Præp &
D.

LIBER

coadunatam fixam. quæ super ignem posita eam ignis non exprimatur
 & liquatis permisceatur & liquefacit cum ipsis, cū eo q̄ est in ea de substantia ingressibili. & permisceatur cum ea quod est de substantia permiscibili & consolidetur cum eo quod est in ea de substantia consolidativa. & figuratur cum eo quod est in ea de substantia fixativa. & non comburatur ab his quæ comburunt aurum & argentum. & afferat consolidationes cum ignitione debita & perfecta. Non tamen eatenus breui tempore intelligas cū paucis diebus vel horis possit prima vice restituī. Sed quia respectu aliorum medicorum modernorum, respectu etiam naturæ operationis veritatis, hæc vero citius terminatur. Vnde dixit philosophus. medicina est cuius temporis longum spaciū anticipauit. quare vobis dico q̄ sustineatis patienter quia forte moratur. & festinātia quidem ex parte diaboli est. Ergo qui patientiam non habet, ab opere manū suspendat, quia impedit eum festinancem cruditas. Omnis actio naturalis suum habet modum & tempus terminatum in quo maiori & minori spacio terminatur. Ad hanc tria necessaria sunt. patientia, mora, & instrumentorum aptatio. de quibus in summa nostri magisterij perfecti artificem allocuti sumus in capitulis diuersis, in quibus experiri potest si in nostris dictis fuerit sufficieret inuestigatus, in quibus manifesta probatione & aperta concludimus lapidem nostrum nihil aliud esse q̄ spiritum seruentem & aquam vivam, quam & siccām aquam nominauimus, & per naturalem proportionem mundatam, & unitā vniōne tali, q̄ sibi nec abesse potest. quibus addi debet & tertium, ad opus abbreviandum, hoc est corpus perfectum attenuatum. Ex præmissis igitur patent res in quibus veritas est propinqua. & perficientes ipsum opus, inuestigatione vero nostra qua certi sumus. & per experientiam manifestam considerauimus omnia verba vera esse quæ iam per nos solos in nostris voluminibus scripta sunt. secundum q̄ vidimus per experimentum & rationem in voluminibus istis redacta. Ea vero quæ per nostram experientiam digitis extraximus & vidimus oculis & manibus tetigimus, scripsimus in summa nostri pfectiōnis magisterij. Sapiens ergo artifex in nostris studeat voluminibus, colligendo nostrā dispersam intentionem, quā in diuersis locis pposuimus ne malignis seu ignaris publicetur. & collectā probet donec ad cognitionē studendo et experimentando cū laboris ingeniōsi instantia peruerterit totale, exerceat ergo artifex et inueniet. Cuius iam modum inuestigationis cōmotus amore visceribus exquo

spiritus, anima, et corpus:
 terra, oleum, & aqua:
 Inter saltem et vitram fiat securitatem

Id est per vos per nostram considerationem, veritatis cognitionem etiam dare plenariam, perficientis et corruptentis materię et formę consideramus, inuestigationem nostram perfectorum, et materiam cum forma, a radice suae commixtionis usq; ad complementum, puram esse sine corruptione supernae mentis aliqua. Considerauimus a contrario sensu imperfectorum substantiam unam esse ubiq; s. argentū vi. et sulphur, quæ ante commixtionem eorum pura sunt et munda. Et per hanc considerationem per nostrum exercitium inuenimus corruptionem imperfectorum accidentaliter superuenisse, quæ materia nouam et corruptam dedit formam.

Excussum est hoc præclarum Alchimicum Geberi opusculum
Argentoragi arte et impensa solertis viri Iohannis
Grieninger. Anno a virginio partu.

M. D. XXIX.
decimo die Martij.

CVM PRIVILEGIO AD TRIENNIVM

*Ex ista p[re]dicta v[er]itatis dignitatis diuina
fac ipsius voluntatis sed adabile p[re]fessum
et habebitis in p[re]dictis
Dni coram p[re]dictis et habebitis magisterium
et uno quatuor siunt et quatuor unum
converte naturas et quodqueris tuncies
Et elefant fere canē de terre
Et deane fer et ferre
Et in canōle magisterio*

ΤΡΥΤ

τον παραπάνω τελείωσιν οι μεταβολές της φύσης της γης στην ανθρώπινη ζωή
είναι πολλές και διάφορες. Οι παραπάνω περιγραφές είναι η πρώτη σειρά
των μεταβολών, η οποία προκαλείται από την ανθρώπινη λειτουργία.
Οι δεύτερες μεταβολές προκαλούνται από την φύση της γης.
Οι τρίτες μεταβολές προκαλούνται από την ανθρώπινη λειτουργία.
Οι τέταρτες μεταβολές προκαλούνται από την φύση της γης.
Οι πέμπτες μεταβολές προκαλούνται από την ανθρώπινη λειτουργία.
Οι έξιτες μεταβολές προκαλούνται από την φύση της γης.
Οι επτάτες μεταβολές προκαλούνται από την ανθρώπινη λειτουργία.
Οι οχτάτες μεταβολές προκαλούνται από την φύση της γης.
Οι οχτώτες μεταβολές προκαλούνται από την ανθρώπινη λειτουργία.
Οι οχτώτες μεταβολές προκαλούνται από την φύση της γης.
Οι οχτώτες μεταβολές προκαλούνται από την ανθρώπινη λειτουργία.

Δ

CANTABRIALIPIGIO AD TRIPLICEM

